Cum Iudæi quidam ad fidem Christi conuersi Epistolæ galaticarentur (vt cum Tertulliano loquar) hoc argumen-  
tum.  
est, legem Mosaicam vna cum euangelio retinen-  
dam esse putarent, idque multis Christianis per-  
suaderent, sanctus Barnabas, siue quis alius, san-  
ctum Paulum imitatus eorum doctrinam hac epi-  
stola conuellere conatur, docetque multis scri-  
pturæ locis, ac figuris legem Moysi iam abroga-  
tam esse, eique euangelium successisse. Hic est hu-  
ius epistolæ scopus; ad quem nonnulla hic, quæ  
non sunt , seu præcipui argumenti,  
sed veluti secundarii tractatus, vt de aduentu Chri-  
sti, passione, &c. referuntur: nam illius gratia tra-  
stantur, cum ad eius intelligentiam non parum  
conferant, iuxta morem Oratorum, qui interdum  
aliò digrediuntur, non inutiliter quidem, cum idi-  
plioris elucidationis gratia facere soleant. Sub-  
finem epistolæ multa docet Christianos, quæ ad  
vitam recte instituendam plurimum inducunt:  
Hinc fit, vt hæc epistola in duas partes commode Epistolæ  
distribui possit: quarum altera est didascalica, diuisa.  
quæ multis argumentis docet nullum esse amplius

legis Mosaicæ , & Iudaicarum cæremoniarum v-  
sum: altera parænetica,in qua præclara & vtilia mo-  
nitione salutis & præcepta dantur.

Prior pars epistolæ. Prior pars capita duodecim complectitur. In primo de cessatione sacrificiorum Mosaicæ legis agitur; in secundo de iejuniorum eiusdem legis abolitione, in tertio agitur de instantibus calamitatibus, admonenturque fideles, ad virtutum studium, quod Iudæi suis ieuniis & cæremoniis postponebant: In quarto tractatur de Christi aduentu, missione Apostolorum, Christi passione & exaltatione, in quinto de hominis reparatione disputatur, in sexto rursus de Christi passione, & de quibusdam illius circumstantiis, in septimo de antiquatione circumcisionis veteris, & de circumcisione aurium & cordis. In octavo de escis prohibitis in veteri lege, deque illarum mystica interpretatione: in nono de baptismo & cruce: in decimo de reprobatione populi Iudaici, & gentilium electione: in undecimo de abrogatione sabbati Iudaici: in duodecimo de templi Iudaici repudiatione ac demolitione, & de templi spiritalis ædificatione.

Secunda pars duobus capitibus absolvitur. In primo agitur de via lucis, hoc est, de iis quæ Christiano agenda sunt; in altero de via tenebrarum, hoc est, de iis, quæ animæ fideli fugienda ac vitanda sunt: tum demum sequitur epilogus.

Hæc autem epistola ab Origene lib. i contra Celsum sub finem, Catholica, id est, vniuersalis ap-

pella-

in Epistolam sancti Barnabæ.

81

pellatur: Extat sane in Barnabæ Catholica epistola scriptum, &c. quia non ad vnam certam gentem, aut nationem scripta est, sed ad omnes Christianos: Ita enim diffiniuntur Catholicæ Apostolorum epistolæ, vt manifestum est ex Leontio lib. de Sectis c. 2. Καθολικὴ δὲ ἐπιστολὴ, οὐ τοὺς ἐν ἔθνος εὐγενοῖς, ὡς αἱ τῷ Παῦλῳ, οὐδὲ καθόλου τοὺς πάντα id est, Catholicæ dictæ sunt, quod non ad vnam scriptæ sunt gentem, vt Pauli epistolæ, sed generaliter ad omnes.

Pag. i. lin. 9. [ *Auete filii & filia.* ] Hoc est exordium huius epistolæ, in quo salutat fideles, ipsisque plurimum gratulatur, ob gratiam Spiritus sancti ipsis à Deo infusam: nec mediocriter lætatur ob multa bona, quæ sibi ex eorum fide obuenierunt: profiteturque se hanc epistolam ad eos scribere, ob mercedem, quam se inde à Deo consecuturum sperat. Tandemque propositis tribus constitutionibus Domini, promittit se monstratum ea per quæ maiorem lætitiam, spiritalem videlicet adipiscantur. Hoc autem exordium variis mendis conspersum est, vel ob negligentiam exscriptoris, vel ob melioris exemplaris defectum, quibus mederi difficile est, ob Græci textus tam immanem lacunam.

Lin. ead. [ *Filiī & filiā.* ] Ita fideles appellat, quos per Euangelium genuit: & hic stilus Apostolicus est: Ioan. i. cap. 2. *Filioli mei, hæc scribo vobis.* Pauli i. ad Cor. 2. *Sed ut filios meos carissimos moneo.* Et paulo post. *Ideo misi ad vos Timotheum, qui est fi-*

L

*lius meus charissimus.* Vnde i. Petri cap. 2. sicut modo geniti infantes. Ipsi ergo Christiani filii Apostolorum sunt, ab ipsis spiritualiter geniti, Apostoli vero patres. Hinc Paulus i. Cor. cap 4. Nam si decem milia paedagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres: nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Ad Gal. 4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus.

Lin. 14. [In pace.] Est traiectio figura, & reuocandum est vocabulum ad τὸν Αὐτοῦ Apostolorum est dare pacem initio epistolarum. Paulus passim: *Gratia vobis & pax à Deo*, i. Petri 1. *Gratia vobis, & pax multiplicetur.* 2. Ioan 1. Sit vobiscum gratia, misericordia, pax à Deo patre magnarum. Ita correctum videtur in codice manuscripto cum antea legeretur, *magnare*, ex quo efficies magnarum rerum.

Lin. 16. [Dei aequitate] Id est, Dei gratia, bonitate, humanitate, misericordia. Aequus est bonus, benignus, amicus, humanus: iniquus contra, iuxta illud Nasonis.

*Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.*  
Supra modum exhilaror. Exhilaratur, seu lætatur Barnabas de fideliū donis & gratia, vt pater sapiens de filiorum profectu. Vnde Paulus ad Philipp. cap. 2. Implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eamdem caritatem habentes, & cap. 4. Itaque fratres mei & desideratissimi gaudium meum & corona mea, ii. ad Thessal. cap 2. quæ est nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriae. Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum in adventu eius uos enim estis gloria nostra & gaudium. Ad

Philem. cap. 1. Gaudium enim magnum habui, & consolationem in caritate tua. Ioan. epist. 3. Maius horum non habeo gaudium, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare. Prou. 10. & 15. Filius sapiens lætitiat patrem: & cap. 29. Vir qui amat sapientiam, lætitiat patrem suum.

Lin. 22. [Quod sic naturalem gratiam accepisti.] Infra. Qui naturale donum doctrina sua posuit in nobis. In textu Græco, τὸν ἐμφυτὸν διηρέω. Naturalis gratia est firma, altius radicata, bene insita, & plantata in anima iusti. ἐμφυτός est, insitum, & Sap. 12. ἐμφυτός οὐ ταχύ. id est, naturalis malitia, hoc est, obfirmata & inueterata. Metaphora ab arboribus, quæ altis defixa radicibus terræ firmiter inhærent. Accepisti, à Deo

Pag. 2 lin. 7 [Ab honesto finte Dei.] Ex quo omnia bona, maxime ea quæ ad vitam eternam conferunt, profusissime scaturiunt: ita Ps. 17. Quoniam apud te est fons vita. Esaiæ 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Hieremij 2. Me dereliquerunt fontem aquæ. Honestus, id est, egregio. Glossæ vetetes Honestus, egregius. Λειόλογος.

Lin. 12. [Multa mihi bona successerunt.] Spiritualia videlicet, in mercedem Euangelicæ prædicationis.

Lin. 14. [Aequitatis.] Id est, iustificationis, vt infra.

Lin. 16. [Fors.] Lege, forsitan, quo vocabulo vittitur, modestiæ gratia. In illo, id est, in hoc, in hac re.

Lin. 22. [Vita.] Aeternæ videlicet. Illius. Hoc

vocabulum videtur redundare, aut certe dicendum est post illa verba, superanimam meam, quemadmodum deesse.

Lin. ead. [ *Cogitans ergo hoc.* ] nō hoc, videtur redundare.

Lin. 28. [ *Spiritu seruientes.* ] Lege, *Spiritu seruiens*, iuxta illud Pauli ad Philipp. 3. *Spiritu seruimus Deo.*

Lin. 29. [ *Hoc in mercede.* ] Hæc vocabula videntur transposita. Hæc igitur periodus sic legenda est. *Cogitans ergo (quasi curæ mihi fuerit, ut vobiscum partiare ex eo quod accepi) futurum mihi hoc in mercede talibus spiritu seruens, adpropriaui, &c.*

Lin. ead. [ *Adpropriaui pauca vobis, &c.* ] Hæc verba usque ad illa, *ires sunt ergo, &c.* citat Clemens Alexandrinus lib. 2. Strom.

Pag. 3. lin. 4. [ *Tres sunt ergo constitutiones Domini.* ] Id est, tria constituit Deus ad nostram salutem. *Vita spes. Aeternæ videlicet. Initium. Nempe vitæ perfectæ. Consummatio.* Id est, perfecta caritas, prout adquiri potest in hac vita. Primo igitur præcedit spes vitæ aeternæ, quæ nos extimulat, ad ea, quæ recta sunt agenda, deinde initium bonorum operum videlicet, quæ assidue versata, & sine intermissione cum animi feroore repetita nos perducunt ad consummationem, hoc est, perfectam caritatem.

Lin. 11. [ *Et futurorum dedit nobis initia scire.* ] Per initia futurorum intelligitur fides, quæ est fundatum, ac veluti primordium, eorum quæ nobis in cœlis reuelabuntur. Fides enim est veluti

prælibatio quædam futuræ gloriae, iis, dico, fidelibus, qui diuina sapientia.

Lin. 15. [ *Accedite. Ad aram illius.* ] Id est, ad sublimem mysteriorum eius cognitionem *Vnus ex vobis.* Id est, similis vobis, ut Gen. 3. Ecce Adam quasi unus ex nobis. Eamdem phrasem infra repetit.

Lin. 21. [ *Per quaæ in plurimis letiores sis.* ] quia doctrina apostolica non mediocri lætitia & consolatione fideles afficit; spirituali quidem, quæ vera & sola lætitia est. Ita Ioan. ep. 1. cap. 1. *Ei hæc scribimus vobis, ut gaudeatis, et gaudium vestrum sit plenum.* Et Paulus ad Philipp. 1. *Ad profectum vestrum, et gaudium fidei.*

Lin. 23. [ *Cum sint dies nequissimi.* ] Ita Paulus ad Ephes. 5. quoniam dies mali sunt. Mali dicuntur dies ob nequitiam hominum, in quibus regnat peccatum. Hic autem incipit prima pars huius epistolæ: & primo proponit, quare sint Dei iustificationes & mandata inquirenda; tum recenset virtutes, quibus fides nostra fulcienda sit; tandemque ostendit, quam vani fuerint Iudæi, qui vniuersam iustitiam in suis sacrificiis & cæremoniis legalibus possumus esse censuerunt, ostenditque eiusmodi sacrorum abolitionem.

Lin. 25. [ *Contrarius.* ] Id est, Satan, Glossarium vetus ms. satan, aduersarius, contrarius.

Lin. ead. [ *Habeat huius faculi potestatem.* ] Vnde Ioan. 12. 14. & 26. *Princeps huius mundi,* & ad Eph. 6. sed *aduersus principes & potestates, aduersus mundi regnum.*

*Etores tenebrarum harum.* Contrarius ergo, id est, satan, & diabolus habet potestatem huius sæculi, id est, mundi, sed tenebrarum harum, hoc est, mali-  
tiae mundanæ, cui præest, id vnum studens, vt vias  
Domini rectas subuertat, homines inferendo &  
inducendo in temptationem, eosque à gratia Dei  
deturbando. Origenes lib. i. cap. 5. du-  
bitat an princeps huius mundi diabolus sit, siue  
quis alias: *Nec non, inquit, & quidem Angeli diabo-  
li nominantur, sed & princeps mundi huius, qui virum  
ipse sit diabolus, an alias quis, nondum manifeſte declar-  
atum est.* Nullitamen dubium esse debet, quin prin-  
ceps huius mundi, vel contrarius habens huius sæ-  
culi potestatem, vt loquitur sanctus Barnabas, dia-  
bolus sit. Nam cum omnes cælestes illi spiritus, qui  
ob superbiam à gratia Dei exciderunt, diaboli  
sint, & princeps huius mundi ex eis vnuſ sit, & eo-  
rum caput, clarum est eum esse diabolum.

Lin. 27. [ *Debemus adiendentes inquirere æquitates  
Domini.* ] Ita Paulus capite citato ad Eph. *Propterea  
nolite fieri imprudenteres quæ sit voluntas Dei.* Æquitates  
hoc loco sunt iustitiae, seu iustificationes.

Lin. 30. [ *F. dei ergo nostræ adiutor est timor, &c.* ] Ex puncto verbo substantiō lege uno verbo, *adiu-  
tores*, vt in textu Græco apud Clementem Alexan-  
drinum lib. 2. Strom. qui hunc locum profert, συλ-  
ληπτοις· quam vocem ita explicat Hesychius συλ-  
ληπτοις, συμαγνηστοις· id est, adiutorem. Et in Glossis  
veteribus, συλληψις, δυνατη, opus latio. *Casta*, id est,  
*integra.*

Pag. 4. lin. 20. [ *Plenus sum holocaustis a-  
rietum, & pinguinis agnorum.* ] Ita in veteri edi-  
tione textus Hebraici Cardinalis Ximenes, ubi  
tantum post vocem פָּרָה id est, agnorum po-  
nitur accentus distinctivus: Quam tamen inter-  
punctionem non agnoscit sanctus Hieronymus  
hunc locum explanans: *Plenus sum: hoc sensu est ex-  
pliandum: nulla re indigeo, Domini est terra & plenitudo  
eius.* quemadmodum Tertullianus lib. aduersus Iu-  
dæos: & adhuc dicit: & holocaustata, & sacrificia  
vestra, & adipem hircorum, & sanguinem taurorum nolo.  
Ita sanctus Cyprianus lib. 1. de testimoniis aduer-  
sus Iudæos. At Septuaginta interpretes sic legunt:  
πλήρης Εἰπούσης ὁ λόκον τηρεῖ κριῶ· id est, plenus sum  
holocaustis arietum: cætera referuntur ad verbum  
βούλεμος.

Lin. 25. [ *Nec si veniatis videre mihi, Illege videri,*  
vt apud Tertullianum loco citato: *Nec si veniatis vi-  
deri mihi: iuxta Septuaginta interpretes, οὐδὲ εἴ-  
χετε ὅφθεῖαι μοι· id est, nec si veniatis apparere  
mihi. Videri mihi est videri à me, phrasis Græca.*  
Vulgo, *cum veneritis ante conspectum meum, iuxta tex-  
tum Hebraicum.*

Lin. 30. [ *Si attuleritis mihi similaginem, vanum, sup-  
plicamentum execratio mihi est.* ] Ita fere Tertullianus  
libro citato: *Quoniam si attuleritis mihi similam, vanum  
supplicamentum execramentum mihi est.* In textu Græ-  
co: εἰς φέρετε συμβαλλον, μαζαρον, θυμίαμα βούλυγμα  
μοι· id est, si obtuleritis mihi similam, vanum  
incensum, abominatio mihi est. Vbi vides n̄ va-

num, tum in ep. tum apud Tertul. distinguendum esse à vocabulo, *supplicamentum*: Quod patet etiam ex sancto Hilario in psal. 2. qui addit verbum, est: *si afferatis similaginem, vanum est.* Et supplicamentum in his locis pro thymiamate, seu incenso ponitur: *Et diem magnum:* ita apud Septuaginta, *jeinium*, ita apud Septuaginta.

Pag. 5. lin. 7. [Ferias.] Apud Septuaginta *ἀγέντα* id est, otium, sed interpres huius epistolæ legisse videtur. *Ἀριας* id est, ferias. Glossæ veteres: *Ἀριας αἱ χοραὶ*. feriae.

Lin. 9. (Hæc ergo vacua fecit.) Sacrificia veteris legis.

Lin. 12. (Qua sine iugo necessariis.) Id est, quæ non est astricta legi Mosaicæ. Ita Paulus ad Gal. 5. *State & nolite iterum iugo servitulorum contineri.* Et infra eodem capite dicit: *Vos enim in libertatem vocati estis.* Nempe soluti à iugo legis veteris per Iesum Christum. Vides ergo, ut consonant Barnabæ verba Pauli doctrinæ.

Lin. 14. (Humanam habeat oblationem.) Idest, cor habeat præparatum, ad parendum Dei mandatis, ut locus Prophetæ postea citatus satis indicat.

Lin. 17. (Nunquid ego præcepi parentibus vestris.) Locus habetur Hierem. 7. ad quem hæc haberet sanctus Hieronymus: *Manifeste intelligitur, quod primum decalogum dederit in tabulis lapideis, scriptum digito Dei, & post offensam idololatriæ, caputque vituli postea iussent sibi magis fieri, quam dæmonibus.* Imo ipsa die, qua egressus est populus de Ægypto, præcipit

Do-

Dominus sibi offerri & immolari primogenita exceptis homine & asino Exodi 13. vbi & repetit præceptum immolationis Phase, & Exodi 29. præter sacrificia inaugurandorum sacerdotum præcipitur quotidianum sacrificium matutinum unius agni, & vespertinum alterius, quæ omnia præcepta sunt ante idololatriam populi in solitudine. Auctor quæstionum ex utroque testamento mixtim quest. 103. duo sacrificiorum genera distinguit, *unum quod per singula genera mandatum est, & aliud quod voluntarium dictum est.* Hoc non fuisse mandatum, illud præceptum fuisse: & ideo eos argui à Prophetæ, quod sacrificia illa minus deuote, sed negligenter offerrent Iudæi. Sed extorta videtur hæc interpretatio, maxime cum toto hoc capite nulla mentione sit sacrificii voluntarii. Quidam dicunt verba Hieremiæ intelligenda esse dumtaxat pro illo quadriginta annorum spatio, quo Iudæi in solitudine commorari sunt, dum in terram promissionis introirent, tuncque nullas hostias ex Dei præcepto immolasse, ut habetur Amos cap. 5. Sed quia mandatorum obseruatio, quæ hic ab Hieremia inculcatur, non tantum erat pro illo tempore, quo habitarent in deserto Iudæi; sic id quod dicit Prophetæ, quod à die, quo educti sunt de Ægypto, nihil Deus de victimis & sacrificiis præcepit, non intelligitur pro illo interuallo, quo in deserto commorati sunt. Nec locus Prophetæ Amos ad rem facit. Nam solam idololatriam, cui in deserto obnoxii fuere, Iudæis exprobrat. Optima explicatio sancti

M

Irenæi lib. 4. aduersus hæreses cap. 32. vbi scribit his Hieremiæ verbis significari non ob sacrificia eductos fuisse Israelitas de terra Ægypti, sed vt obliiti idololatriæ AEgyptiorum possent audire verbum Domini: ac proinde non præcipue mandatum eis fuisse de sacrificiis, sed de voluntate Dei audienda, & facienda: *Et iterum, inquit, significans, quoniam non propter hoc eduxit eos de Ægypto, ut sacrificia ei offerrent, sed vt obliiti idololatriæ Egyptiorum audire vocem Domini possent, que erat salsus & gloria, per eundem Hieremiam, hoc dicit Dominus: Holocaustomata vestra colligite cum sacrificiis vestris, & manducate carnes, quoniam non sum locutus ad patres vestros, nec de holocaustib[us] & sacrificiis præcepi eis, qua die eduxi eos de Ægypto: sed sermonem hunc præcepi eis dicens: Audite vocem meam, & ero Deus vester, &c.* Et paulo post: *Non enim principaliter hac (nempe sacrificia) sed secundum consequentiam, & propter predictam causam habuit populus.*

Lin. 23. (*Vnusquisque vestrum aduersus proximum, &c.*) Apud Hieremiam cap. 7. hec ita habentur in versione communi iuxta textum Hebraicum & Græcum: *Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via, quam mandaui vobis, ut benedit vobis.* Sed Apostolus protrulit potius sensum, quam verba: & quod dixit Propheta generatim, ille dixit speciatim. Hic mos est Apostolorum, & virorum Apostolicorum, vt sepe cænt sacram Scripturam non iuxta verba, sed iuxta sensum, vt docet de veteri testamento S.

Hieronymus in caput quintum, Amos Prophetæ: *Et hoc in omnibus sanctis Scripturis obseruandum est Apostolos, & Apostolicos viros in ponendis testimoniis de veteri testamento non verba considerare, sed sensum, nec eadem sermonum calcare vestigia, dummodo a sententiis non recedant.* Vt Marci 1. & Matthæi 11. *Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit faciem tuam ante te:* quod habetur Malach. 3. apud quem tamen sic legitur, tum iuxta textum Hebraicum, tum Græcum: *Ecce mitto Angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam.* Sic Matth. 26. & Mar. 14. *Percutiam pastorem.* Ex Zach. 13. Vbi tamen habetur, tum iuxta textum Hebraicum, tum Græcum: *Percute pastorem.* Et 1. ad Cor. 2. *Sicut scriptum est, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus his qui diligunt illum.* Qui locus ita habetur. Esai. 64. *Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ preparasti expectantibus te.* Sic sanctus Ignatius in epist. ad Trallianos hunc locum, Ioan. 11. ita citat: *καὶ πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιστῶν εἰς ἐμὲ καὶ σποδαῖν, γένεται εἰς τὸν αἰώνα,* id est, & omnis qui vivit & credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet in æternum: sed apud Ioan. scribitur, *καὶ πᾶς ὁ ζῶι, &c.* *οὐ μὴ σποδαῖν εἰς τὸν αἰώνα.* id est, & omnis qui vivit, &c. non morietur in æternum: & in epistola ad Smyrnenses, citatur illud Matth. 10. *οἱ πνεύματα τεφρίτων εἰς ὄντα τεφρίτου, &c.* id est, qui enim honorat Prophetam in nomine Prophetæ, &c. apud quem ita habetur; *qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, &c.* Ita sanctus Clemens epistola prima

ad Corinthios, οὐτας γέρ πουλέγειν γέραφι, καὶ τοῖς  
& τοῖς Ἐπισκόποις αὐτοῖς δικαιοσύνη, & τοῖς Διάκονοις  
αὐτοῖς τίτοι· id est, sic enim alicubi dicit Scriptura, constituam episcopos eorum in iustitia, & diaconos eorum in fide. Esa. 60. Vbi habetur iuxta Septuaginta, καὶ δῶντος τοῖς ἐρχομέναις Γενεθλίοις Εἰπειδή, καὶ  
Ἐπισκόποις Γενεθλίοις δικαιοσύνη· id est, dabo principes tuos in pace, & episcopos tuos in iustitia. & sanctus Iustinus Martyr citans initium Geneseos hoc modo: οὐτας γέρ μων γέρεαφιν αὐτοῖς ἐποίησεν θεός  
τὸν οὐρανὸν, καὶ γῆν, Εἶτα ἡλιον καὶ σελήνην καὶ αστέρες·  
id est, in principio creauit Deus cœlum & terram, deinde solem & Lunam, & stellas, quæ tamen sic non habentur cap. i. Gen.

Lin. 27. (*Mendum.*) Lege, mendax, sicut & Zachiæ 8. *Iuramentum mendax ne diligitis.*

Pag. 6. lin. 9. (*Sacrificium cor contribulatum, &c.*) Ita fere apud Tertullianum lib. contra Iudæos: Cor contribulatum & humiliatum hostia Deo est. Sanctus Ireneus libro quinto aduersus hæreses cap. 32. primo citat illud Psalmi 50. *Sacrificium Deo Spiritus contributus, &c.* Et infra eodem capite, sic ait: *Quemadmodum alibi ait: Sacrificium Deo cor contribulatum: odor suavitatis Deo, cor clarificans eum qui plasmavit.* Itaque puto hunc locum Barnabæ mutilum esse, & sic restituendum esse: *Sacrificium Deo cor contribulatum: odor suavitatis Deo cor clarificans eum, qui plasmavit.* Et: *Sacrificium Deo spiritus contributus: Cor contritum & humiliatum Deus non despicit.* Ita ut multi loci simul congregati citentur, iuxta morem Barnabæ; &

prischorum, vt infra clarius demonstrabitur, quorum duo proferuntur potius ex sensu Scripturæ, quam ex ipsis verbis, quos sanctus Ireneus mutuauerit ex hac Barnabæ epistolæ. *Non despicit, in vulgata editione, non despicies.* Vide obseruationes nostras in concordiam regularum.

Lin. 16. (*Vt ne quando habeat introitum in nobis.*) Videtur deesse vocabulum, *Satan*, vel, *contrarius*, vel quid simile, vt legatur; *Vt ne quando contrarius habeat introitum in nobis.*

Lin. 20. (*Dicit ergo iterum.*) cap. 2. Est de ieuniorum Iudaicorum abolitione.

Lin. 22. (*Vt quid mihi ieunatis? &c.*) Reprobat Esaias ieunium Iudeorum, quod cum fastu erat, & tristitia affectata ad ostentationem, quale est ieunium hypocitarum Matth. 6. & bonis operibus vacuum, malisque plenum.

Pag. 7. lin. 11. (*Impotentium.*) id est, violentorum.

Lin. 12. (*Commerciorum.*) in textu Græco συναλλαγὴ· nam συναλλαγὴ est commercium. Glossæ veteres: συναλλαγὴ, commercium.

Lin. 21. (*Et domesticos seminis tui ne despicias.*) Iuxta Septuaginta. Vulgo iuxta textum Hebraicum, *Et carnem tuam ne despixeris.* De cuius loci diuersa interpretatione, hęc habet sanctus Augustinus lib. 2. de doctr. Christ. cap. II. *Sicut illud Esaiæ Prophetæ unus interpres ait: et carnem tuam ne despixeris: alius et domesticos seminis tui ne despixeris: uterque fibimur in uicem attestantur: namque alter ab altero exponitur: quia et car-*

posset accipi proprie, ut corpus suum quisque non despiceret, se putaret admonitū: & domestici seminis translate Christiani possent intelligi, ex eodem verbi semine nobiscum spiritu literati. Nunc autem collato interpretum sensu, probabilius occurrit sententia proprie de consanguineis non despiciendis esse præceptum, quoniam domesticos seminis cum ad carnem retuleris, consanguinei potissimum occurruunt. Sed existimo eumdem esse sensum apud Septuaginta, ac in Hebræo, ut sint domestici seminis tui homines, qui sunt eiusdem tecum naturæ & carnis, quod est grauissimum argumentum ad excitandam misericordiam: cui simile est illud sancti Asterii serm. in hęc, *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Jericho: Αδελφοὶς καλεῦμεν ὄκεινος οἱ ἔξ ένος ἐφυστοὶ αὐτριμετος, καὶ μᾶς γαστρός· οἱ δὲ τὸν αὐτὸν ἐχειτε πεπτῶ, καὶ μίδῳ μητέρᾳ τὸν γλυκόν, ἀφ' οὗ διεπλασθῆμεν, καὶ φύχης αἵγιαρια τὸν αὐτόν, σωτειας δὲ τῷ πολιτείας ἐναργεῖον, καὶ τὸν ἐλπίδα τῷ μέλλοντος τὸν αὐτὸν· πῶς οὐ πάσις αὐτελφότητος καὶ συγενείας ἐστιν ἀλλήλων ἐγγύτεροι· καὶ ὅτε μὲν αὐτοὶ θεοφοροὶ μῆνις, σωτὸν ὥρας εἰς ὄκεινον· δεῖ δὲν καὶ τὴν ἁγιουργιῶν τὰ πατέρι, λίρουν, διῆρουν, γυμνότητα καὶ ἀλλέων ἐνδύσιν, καὶ τὰς νόσους, καὶ τοὺς ἀλλοις περιεργομοις, εἰς οἰκεῖα πάθη, καὶ συμφορὰς οἰκτείρειν· id est, illos vocamus fratres, qui eodem editi semine, ac eodem vtero geniti, qui vero eumdem habemus creatorem, & eamdem matrem terram, è qua conditi sumus, & eamdem animę dignitatem unam pietatis & vitæ legem eamdem futuri spem, quomodo nos inuicem non diligimus magis, quam fratres, & consanguinei: si videris hominem, te*

ipsum in eo vides. Quare oportet eum, qui eius calamitates videt, famem, sitim, nuditatem, aliamque necessitatem, & morbos, aliasque afflictiones, tanquam proprios dolores, ac damna clementer respicere.

*Temporaneam.* Ita apud Tertullianum libro de resurrectione carnis. In textu Græco *ωριμον* iuxta textum Hebraicum, id est, matutinum.

Lin. 25. (*Et vestimenta tua.*) Ita apud Tertullianum libro citato. Apud Septuaginta interpres iuxta textum Hebraicum legitur: *ἰμάτια*, id est, sanitates, pro quo quidam legerunt *ἱμάτια*, id est, vestimenta, ut norat sanctus Hieronymus hunc locum exponens. Quod ob vocabulorum Græcorum similitudinem contigisse videtur. Hinc factum est, ut interpres Barnabæ Latinus verterit, *vestimenta*, non sanitates. Quod vocabulum sumpsit pro carne, Tertullianus loco citato: *non subsericam utique, aut pallium, sed carnem volens accipi, ortum carnis resurrectura de mortis occasu prædicauit.*

Lin. 29. (*Exclamas.*) Lege, *Exclamabis*, ut apud sanctum Cyprianum libro tertio de testimoniis, & suadelam malorum, apud Septuaginta *χλευθία*, quod quidam exponunt ordinationem, in vulgata editione iuxta textum Hebraicum: *Si desieris extendere digitum.*

Pag: 8. lin. 11. (*Quia in simplicitate,*) lege, *quia cum in simplicitate.*

Lin. 21. (*Oportet ergo.*) 3. caput est de instanti calamitatibus, cum exhortatione ad virtutē.

Pag. 9. lin. 8. (*Similemus*) id est, similes sumus, & infra pagina 10. Dixit, *similetis*. verbum neutraliter sumitur.

Lin. 14. (*Intercidit*.) Ita legendum monus in margine, iuxta illud Danielis 7. Septuaginta hebdomadae abbreviatae sunt.

Lin. 19. (*Regna*.) Ita in textu Græco βασιλεῖαι. In textu Hebraico רַבְלָה id est, reges, ut in vulgata, interpretatione.

Lin. 21. (*Et resurget retro pusillus rex*.) Aliter in vulgata editione : *Et alius consurget post eos, & ipse potentior erit*, ut in textu Græco & Hebraico. Verum Apostolus verbâ non reddidit, sed sensum, alludens ad illum parvulum cornu, quod de medio decem cornuum quartæ bestiæ ortum tria de cornibus primis, hoc est, tres reges contriuit. Ille ergo rex qui dicitur cæteris potentior, ab Apostolo appellatur pusillus; quia per illud parvum cornu significatur.

Lin. 22 (*Qui deponet tres in unum*.) Id est, qui tres reges humiliabit, iuxta textum Hebraicum, Græcum, & versionem communem.

Lin. 23. (*De regnis similiter*.) subaudi, dicendum est: quæ nempe cum suis regibus ab illo potentiores refunditus euertentur.

Lin. 26. [*Vidit quartam bestiam, &c.*] Proferuntur ex sensu, potius quam ex codice.

Lin. 29. [*Cæteris bestiis marinis*.] Ita appellantur iuxta illud Danielis : *Et quatuor bestiæ grandes ascenderant de mari diversæ interfæ*.

Lin.

Pag. 10. lin. 15. [ *Et dicunt, quia testamentum illorum, &c.* ] Intelligit Nazaræos, illisque similes Christianos, qui legem Moysi cum Euangelio retinebant.

Lin. 18. [*Nostrum est autem*.] Ostendit quomodo vetus testamentum sit etiam Christianorum, cum videlicet repudiata lege à Iudeis, quod quidem significatur per fracturam tabularum, noua lex data est scripta, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis, cum illis à Deo repudiatis, Christiani fuerunt adoptati in nouum populum, ut infra de eadem tabularum confractione agens, recte docet sanctus Barnabas, accepto testamento à Iudeis per idolatriam abiecto. Quod quidem testamentum intelligitur tantum de decalogo, qui in duabus tabulis Dei digito scriptis, & à Moysi fractis continebatur. Origenes libro primo contra Celsum, primas tabulas dicit esse legem in cordibus hominum scriptam, quæ cum superflusione peccatorum esset abolita: iterum Deus dedit scriptam in excisis per Mosen tabulis lapideis, nimirum propheticō sermone præparante animam post primum peccatum ad secundas Dei literas.

Pag. 11. lin. 5. *Populus tuus, &c.* Non dicit Deus, *Populus meus*, sed, *populus tuus*, quasi populus esset Moysi, cuius ille dux erat: quasi Deus ob idolatriam Israelem à facie sua proiecerit. Vnde Ozee cap. 1. *Et dixit, voca nomen eius, non populus meus: quia vos non populus meus, & ego non ero uester*.

Lin. 15. [*In spem fidei illius*.] Spes hic sumitur pro retributione vitæ æternæ, quæ datur fidelibus ob

N

fidem, quæ per dilectionem operatur, ut ad Tis-  
tum, Expectantes beatam spem.

Lin. 22. [Iniquum.] Id est, iniquitatem. *Ei furu-*  
*rastationes, lege, sed & futuras, &c. tentationes*  
*hoc loco sunt peccata metonymice causa pro effe-*  
*ctu, quibus sequentia cohærent.*

Lin. 25. [Sicut dicit Filius Dei, resistamus, &c.] hanc  
Christi sententiam in toto Euangeliō non repere-  
ris, sed eam audiuit ab ipso Christo, aut ab aliquo  
discipulo: qualis est hæc Pauli sententia. Act. 20.  
*Et meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit: Bea-*  
*tius est magis dare, quam accipere.*

Lin. 29. [Considerate opera male viae.] Alludit ad  
viam duplēm alteram lucis, alteram tenebrarum  
de qua infra multis agit.

Lin. 30. [Non separatim debetis seducere vos.] Id  
est, non debetis vos ab aliorum consortio sepa-  
re. Nam seducere, est se ab aliis separare & amoue-  
re. Plautus in Aulularia, *Eo nunc ego secreto te huc fo-*  
*ras seduxi.*

Pag. 12. lin. 8. [Væ illis qui sibi soli intelligunt.] In  
tertia persona iuxta textum Hebraicum, Septua-  
ginta interpres, apud quos legitur οὐετοί, non  
οὐετοί, atque etiam iuxta sanctum Cyprianum li-  
bro tertio de testimentiis ad Quirinum: *Væ qui ar-*  
*guti sunt in semetipſis.* At in editione vulgata hic tex-  
tus habetur in secunda persona: *Væ qui sapientes e-*  
*ſtis in oculis vestris, & coram vobismet ipsis prudentes.*  
Hunc autem locum citat Clemens Alexandrinus  
libro secundo Strom. non ex Eſaia, ſed ex Barnaba,

τοις Βαρπαλαιοῖς Απόστολοις, οὐαὶ οἱ οὐετοὶ πν̄οι ἐκτῆσις,  
&c. Porro hac sententia docemur eos, qui ſe ab a-  
liorum ſocietate per ſchismata ſeiungunt, ſuam ſe-  
qui ſapientiam, non Dei. Quod proinde etiam ca-  
uetur. Proverb. 3. *Ne sis sapiens apud temetipſum.*

Lin. 11. [Simus ergo spiritales.] Recte: quia vere  
spiritualis eſt is, qui poſita ſenſus proprii ſuperbia,  
Dei ſapientiam communitati conſentiens ſequi-  
tur.

Lin. 12. [Sumus templum consummatum Deo.] Idem  
infra templum Domini inhabitatio cordis noſtri eſt. Iuxta  
doctrinam sancti Pauli, de qua infra.

Lin. 16. [Meditemur timorem Dei.] Iuxta illud E-  
ſa. 33. Cor tuum meditabitur timorem.

Lin. 19. [Dominus non accepta persona iudicat mun-  
dum.] Ad Gal. cap. 2. Deus personam hominis non ac-  
cipit. 1. Petri cap. 1. Et si patrem inuocatis eum, qui iudicat  
ſine acceptione personarum.

Lin. 22. [Vnusquisque secundum quæ facit, &c.]  
Iuxta doctrinam Apoſtolicam 1. Cor. 3. Vnusquisque  
autem propriam mercedem accipiet secundum ſuum labo-  
rem. Notanda merces bonorum operum.

Lin. 24. [Si fuerit bonus, &c.] Iuxta illud Gen. 4.  
Nonne ſi bene egeris, accipies: ſin autem male, ſtatim in  
foribus peccatum aderit. Vbi τὸ peccatum eſt poena  
peccato debita.

Lin. 29. [Attendite ne quando quiescentes, &c.]  
Alludit ad parabolam decem Virginum, Matth.  
25.

Pag. 13. lin. 3. [Potestatem noſram.] Noſram, id  
N ii

est, nostri, id est, in nos. *Suscitet, lege suscitetur,*  
aduersus nos videlicet.

Lin. 8. [ *Cum videritis tot signa, &c.* ] Verbum  
videritis, est præteritum hoc loco. Nam infra lo-  
quitur de subuersione templi Hierosolymitaniam  
factam.

Lin 10. [ *Monstra.* ] monstrum signum aliquid sini-  
stri portendens. Glossæ veteres: *Monstrum, τέρας,*  
*ονυματικόν, θεάτρημα* · quod imminentia monstret,  
Nonius cap. 5. Vnde & monstra monita deorum.  
Virgil. 3. *Aen.*

—primumque parenti

*Monstra Deum refero.*

Idem infra. idem etiam docet Festus. Vide Isido-  
rum lib. II. Orig. cap. 3.

Lin 11. [ *Et sic.*] & quod sic.

Lin. 16. [ *Multi vocati, &c.* ] Respicit ad illud  
Matth. 22. cap. *Multi enim sunt vocati, pauci vero e-  
lecti.*

Lin. 18. ( *Propter hoc Dominus sustinuit.* ) 4. caput  
est de Christi passione, aduentu, &c.

Lin. 24. ( *Sparsione sanguinis illius.* ) 1. Petri cap. 1.  
*In aspercionem sanguinis Iesu Christi.* Nota sparsio-  
nem sanguinis Christi sumi à Barnaba pro remis-  
sione peccatorum. Ex quo liquet nos iustificari  
per applicationem meritorum Christi. Quid est e-  
nim sparsio sanguinis Christi, nisi applicatio pas-  
sionis illius?

Lin. 26. *Scriptum est enim, lege, scripta sunt e-  
nim.*

Lin. 30. [ *Dicit autem.* ] Videntur deesse voca-  
bula, ad nos.

Pag. 14. lin. 1. [ *Vulneratus est, &c.* ] Esaïæ cap. 51.  
Vbi huius textus membra sparsim habentur, non  
continuo; sed ea simul coniunxit Apóstolus facili-  
tatis & breuitatis causa.

Lin. 5. [ *Sanguine illius.* ] Vulgo habetur, *luore e-  
ius.* In textu Hebræo בְּכַרְבֵּרֶרֶת quod propriæ plагam  
significat, in qua sanies congregatur.

Lin. 16. [ *Et de futuris non sumus sine intellectu.* ] In  
veteri codice, vnde hanc versionem sumpsimus,  
sic erat, *Et de futurus non simus, sumus sine intellectu,*  
sed hæc corrupta sunt, & ex puncto, *sumus, legen-  
dum, & defuturis non sumus sine intellectu*, id est, non  
ignoramus, quæ ventura sunt.

Lin. 18 [ *Dicit autem.* ] Videntur deesse hæc voca-  
bula, ad illos. Nam primus locus ex Esaia citatus ad  
nos pertinet, quibus profuit sanguis Christi, Iu-  
dæis repudiatis. Postea vero dicit ad illos Scriptura  
sequentem locum Proverbiorum, vt ostendat eos  
in tenebris ambulantes non potuisse retia, & la-  
queos euitare venantium.

Lin. 19. ( *Non iniuste tenduntur retia aibus.* ) Pro-  
verb. I. cap. iuxta Septuaginta interpretes: οὐ γὰρ  
στίχως ἐκπινοτεν δικτύα πλεποτις. In textu Hebraico  
sine illa negatione habetur בְּלֹא יִנְטְּבֵחַ id est, frustra  
enim. Quæ verba quidam proferenda putant per  
interrogationem, quod mihi arridet, tum quia hoc  
pacto expositio Græca non discrepabit à textu He-  
braico: tum quia id sensus postulat. Nam cum ad-

monet sapientia filium suum, ut declinet à societate latronum, bene per similitudinem exprimit hæc facinora in ipsorum perniciem conuerti, ipsisque esse veluti retia, quibus aues implicantur, quæ se demittendo inferius, cum altius volare deberent, merito ab illis intercipiuntur. Vnde recte sequitur: *Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, peccando videlicet. Nec ibi legendum est πόνον, loco, suum, ut de his qui spoliantur, locus intelligatur.* Nam in textu Græco legitur, Ιησοῦς εἰργον ἐπεισῆς κακού. id est, sibi ipsis mala thesaurizant.

Lin. 21. (*Quia iuste.*) Hic applicat locum citatum ex Proverb. primo. Nam quemadmodum a uibus iuste retia tenduntur, si volando se forsitan humilius deprimant, cum possent ea se altius attollendo deuitare: sic iuste peribunt Iudæi, qui cum haberent lucem Scripturarum, in ea non ambularunt, sed in tenebris: nec se in altum extulerunt, sed humi repserunt.

Pag. 15. lin. 1. (*Cui dixit.*) Videtur deesse ♂ Pater. Nam inde probare contendit, & filii excellentiam, quod sit terrarum orbis Dominus, & quod ei dixerit Pater: *Faciamus hominem, &c.* Quod etiam repetit infra: λέγει γὰρ οὐαφή τελείωμεν, οὐ λέγεται γάρ. τοῦτον κατ' Εἰκόνα, &c. Id est, dicit enim Script. de nobis, sicut dicit filio, sup Deus ut ex antecedentibus patet, *Faciamus hominem ad imaginem, &c.* Quem secuti sunt antiqui Patres in probanda eiusdem Filii Dei præstantia, & diuinitate. Sanctus

Iustinus Martyr in dialogo cum Tryphone Iudeo: καὶ τὸ πόνον, ὃ φίλοι, Εἶπεν τῷ Ιωάννῃ Μωϋσὲς ὁ Θεὸς ἡλ-  
γεις μηδενὸς οὐκέτι, διὰ ἐδίλωσε, τὸν θεὸν λέγειν πούτῳ αὐτῷ  
τῷ νομίμῳ δεῖ τὴς ποιησεως τὴς αὐτοῦ Δερπον, λέγων ταῦτα  
ποιησαντὸν αὐτὸν, &c. Id est, hoc ipsum, δι' amici,  
quoque dixit verbum Dei per Mosen indicans no-  
bis, quem eodem intellectu Deum nominandum  
esse declararit, in creatione hominis hæc dicens:  
*Faciamus hominem, &c.* Theophilus libro secundo  
ad Autolicum: σούχον ἀλλα δι την Εἰρηνην, ποιησαντον,  
διαλλάξη την ἔαυτην λόγον, καὶ τὴν ἔαυτην σοφίαν. id est, nulli alii dixit: *Faciamus, quam suo Verbo, & sapientiæ.* Idem docet Origenes libro secundo contra Celsum. Eusebius Cæsariensis libro primo histor. Ecclæs. cap. 2. *Quin etiam magnus ille Moses, & Prophe-  
tarum omnium antiquissimus, dum huius Uniuersi coa-  
glementationem & constructionem describens, τὸν κοσμοποιὸν  
καὶ δημιουργὸν τὴν ὄλεων αὐτοῦ διὰ Χειρῶν, καὶ οὐδὲν ἀλ-  
λα δι τὸν θεὸν δηλαδή, τὰ τεφτούρα ἔαυτην λόγον τὸν τὴν  
παρεκκότων ποίον τεθέαζορεων ταῦτα διδάσκει, αὐτῷ  
κοινολογεύειν τοὺς τὸν αὐτὸν Δερπογένεας. Εἶπε γάρ, φη-  
σίν, ὁ Θεός. ποιησαντὸν αὐτὸν Δερπον κατ' Εἰκόναν οὐκέτερον.  
Id est, Docet hunc mundi artificem ipsi Christo, nulli alii,  
quam diuino scilicet & primogenito sui verbo horum in-  
teriorum concessisse fabricam, cumque eo communiter  
confabulatum. Dixit enim Deus: *Faciamus hominem ad  
imaginem & similitudinem nostram.* Sanctus Ambro-  
sius libro sexto in Hexameron cap. 7. *Cui dicit: Non  
sibi viuque: quia non dicit, faciam, sed faciamus. Non  
Angelis; quia ministri sunt: Serui autem cum Domino,* &c.*

cum auctore non possunt operationis habere consortium. Sed dicit filio, etiam si Iudei nolint, etiam si Ariani repugnant. Ex quibus patet, quam vana sit hæresis Saturnili & Basilidis, qui hominem ab Angelis esse creatum affirmant, illosque se exhortando ad eiusmodi opus sibi inuicem dixisse, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et planum est ex sancto Irenæo libro secundo de hæresibus cap 21. sancto Epiphanio libro primo hær. 23. Philastro, hær 3. & 4. Plurimi autem patres asserunt in hominis creatione Patrem, non solum locutum esse filio suo, sed etiam Spiritui sancto, cum dixit: *Faciamus hominem, &c.* ac proinde fuisse trium personarum opus. Ita sanctus Irenæus in præfatione libri quarti aduersus hæreses. *Homo est autem temperatio anima, & carnis, qui secundum similitudinem Dei formatus est, & per manus eius plasmatus est, hoc est, per filium & spiritum, quibus & dixit: Faciamus hominem, & eiusdem libri cap. 37. Adeo enim ei semper verbum & sapientia filius, & Spiritus sanctus, per quos & in quibus omnia libere & sponte fecit, ad quos & loquitur, dicens: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Sanctus Gregorius Nyssenus orat i. in verba, *Faciamus hominem, &c.* *νωραὶ τοι, ποιητὴν θεοῦ, ἡμεῖς οὐκετέ τοι γέγοντε, καὶ μάλιστα ἀγαπῶμεν.* Id est, nunc autem scriptum est, faciamus, ut cognoscas Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Ita sanctus Epiphanius hær citata, Leontius actione 5. & communiter Theologi. Cur autem sanctus Barnabas, & supra citati Patres de Spiritu sancto tacuerint, ratio est,

est, quia tantum de Christi diuinitate & excellētia agere animus erat.

Lin. 2. [ *Die ante constitutionem faculi.* ] Dies ante constitutionem seculi sextus est, quo Deus hominem creauit, hora sexta, cum prius eodem die brutas creasset animantes, quo Christus cruci affixus, vt eadem hora, qua creatus homo redimeretur, vt notat Origenes tractatu 35. in Matthæum: *Diximus autem etiam in aliis locis, quod cum due creature generales in sexta die facta sunt, primus quidem animalia, deinde homo secundum Dei imaginem factus, consequens est, vt dies ille sextus diuisus fuisse intelligatur in duas species creature: vt ante sextam quidem animalia intelligantur fuisse creata, in sexta autem hora dixisse Dominum: Faciamus hominem ad imaginem nostram, & fecisse eum tunc.* Propter quod conueniebat pro salute eiusdem hominis morientem in ipsa hora sexta suspendi. Accedit, quod ipse homo die sexto creatus est, quo redemptus. *Ante constitutionem faculi, id est, ante plenam & perfectam mundi constitutionem, quia animalibus, & homine nondum creatis, non erat mundus plane perfectus.*

Lin. 10. [ *Prophetæ ab ipso habentes donum.* ] Prophetæ videlicet. Nam Prophetæ Dei spiritu affili prophetarunt. i. Petri cap. i. *De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi.* Hinc refutatur Cerdō hæreticus, qui legem & Prophetas repudiat, inquit Tertullianus libro de præscriptionibus hæreticorum.



Hanc hæresim multis insectatur Origenes libro secundo, *περὶ θεοῦ* cap. 4. Fuit etiam hæc Manichæorum hæresis.

Lin. 16. [De mortuis resurrectionem.] *I. Petr. 1. c. 1.*  
*Ex mortuis resurrectio, id est, mortuorum resurrectio.*

Lin. 18. [Quia in carne oportebat eum adparere.] *Dicitur scipulis post mortem videlicet, sed lege, Et quia, &c.*

Lin. 20. [Sustinuit.] Id est, passus est.

Lin. 21. [Vi promissum parentibus redderet.] Id est, ut quæ priscis patribus per Prophetas pronuntianta sunt, adimpleret. Et *ντι*, hoc loco sequelam significat, non causam, quasi dices: *Faut promissum parentibus redderet.*

Lin. 23. (*Ipse sibi populum parans, &c.*) Hic incipiunt quæ ex textu Græco ad nos peruenere. Hic autem locus corruptus est, & sic ex textu Græco in margine castigato, restituendus. *Et per nos ipse sibi populum nouum parans, indicabat in terra existens, quod facta resurrectione iudicaret, & ad summam, id est, tandem, Docens populum Iudaorum: & tanta monstra, & signa faciens prædicauit & superdilexit illum. Dixi, ad summam, quia vbique ita vocabula πέρας τε τοι, reddit interpres: et si in codice manuscripto corrupte legatur. Ad summam. In textu Græco particula, τοι, redundat.*

Pag. 16. Lin. 1. (*Non crediderunt, nec dilexerunt illum.*) Hæc non sunt in textu Græco. Lege tamen, *sed non crediderunt, &c.*

Lin. 4. (*Qui incipiebant prædicare.*) In Græco textu legitur, *της μέλλοντες κηρύσσειν*, id est, qui debebant prædicare. Et non semel in hac epistola, sic loquitur interpres. Ita Iacob 2. *Per legem libertatis incipientes indicari.* In textu Græco, *μέλλοντες*.

Lin. 7. [Super omne peccatum peccatores.] Hunc locum profert Origenes lib. 1. contra Celsum sub finem: *Extat sane in Barnabæ Catholica epistola scriptum. Inde fortasse Celsus occasionem arripuit, ut Apostolos infames, & nequissimos diceret. Iesum ad Apostolicam functionem elegisse homines omni iniuitate nequissimos.* Et Gregorius Nazianzenus in Philocalia ex sententiis Origenis cap 18. *Scribitur in epistola Barnabæ Catholica, quod fortasse Celsus arripuit, dicitque Apostolos esse infames & nequissimos, Iesum suos elegisse Apostolos omni iniustitia iniustiores.* Et in Euangelio secundum Lucam ad Iesum ipse Petrus: *Exi à me, quia homo peccator sum, Domine. Quinetiam Paulus ad Timotheum, cum ipse postea Apostolus Iesu effectus: Fidelis sermo, quia Iesus Christus venit in mundum saluos facere peccatores, quorum primus ego sum.* Idem dici potest de Matthæo, & Iuda Iscariote. De aliis idem potest esse iudicium, cum de eorum vita ante vocationem nihil in Scripturis, quod huic Barnabæ sententiæ aduersetur, reperiire sit: Notandum tamen hyperbolicum videri, quod non semel contingit in sacris Scripturis:

Ab hac doctrina non multum recedit, Beatus Laurentius Iustinianus, in sermone de solemnitate Apostolorum Petri & Pauli: *Dum enim ad prædictationem Euangelii peccatores vocantur, & rudes, caelitis in*

illis commendatur gratia, fidei celsitudo, Euangelii veritas, diuinæque veritatis auctoritas. Et infra: Optime laudem suam perfecit Deus, ut diabolum debellaret, & sæculum, quando simplices & peruersos erudituit in spiritu, atque præcipuos regni cœlestis voluit esse præcones. Nec Photius in Biblio- nos moratur Iobius, qui lib. 9. scribit: εδι μεν τη theca n. ιωρολαζην· της διγοις λαζαδες της· id est, disci- 222. pulosne legisse oportuit: optime utique delegit. Nam id apertissime repugnat sacræ Scripturæ, in qua vide- mus Zachæum & Matthæum publicanos fuisse dis- scipulos Domini, & ipsum Matthæum fuisse Apo- stolum. Idque admirabili Dei confilio factum est. Nam si in populosa ciuitate omnes ciues mali es- sent, alii plus minusve, diceretque rex se omnibus velle parcere, id nunquam crederent, donec vi- derent omnium pessimis esse condonatas iniurias. Sic Christus omnibus peccatoribus veniam polli- citus nequissimis omnium peccata dimisit, eos- que in Apostolicæ dignitatis fastigio collocauit, vt nemo posthac de peccatorum suorum remissio- ne dubitaret, si pœnitentiam agere vellet. Hæc S. Chrysostomus in i. ad Timotheum cap. i. quæ eti- de solo Paulo dicat, tamen cæteris Apostolis ap- plicauimus; cum apte iuxta Barnabæ doctrinam illis conueniant. Hoc autem de tanta Apostolorum peruersitate effatum; Sanctus Hieronymus lib. 3. aduersus Pelagianos attribuit sancto Ignatio Martyni. Ignatius vir Apostolicus & Martyr scribit audi- ter: Elegit Dominus Apostolos, qui super homines pecca- tores erant. Sed cum in toto Ignatio nihil huiusmo-

di reperire sit, puto esse lapsum memoriæ, & quod Barnabæ tribuendum erat, Ignatio fuisse tribu- tum.

Lin. 10. (*Quia non venit vocare iustos, sed peccatores.*) Ex Matth. 6. Mar. 2. Luc. 5. cui simile est illud Luc.

19. Venit enim filius hominis querere, & saluum facere quod perierat. Et i. ad Timoth. c. 1. Fidelis sermo, & & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit pec- catores saluos facere, quorum primus ego sum. Post tò pec- catores, adde, ad pœnitentiam, vt in textu Græco.

Lin. 18. (*Cum respicientes in Solem.*) In textu Græco additur, qui aliquando desinere debet. Rationem reddit, cur Deus in carne venit: quia homines non possunt fixis oculis in solem obtueri. Hanc eam- dem rationem profert Origenes lib. 4. contra Cel- sum. Id autem quod ad homines descendit, erat in forma Dei, & propter amorem humani generis seipsum exina- niuit, vt posset concipi ab hominibus, absque tamen muta- zione boni in malum. Et paulo post. Quod si corpus mor- tale animamque humanam ab immortali Dei Verbo assu- ptam, Celsus vocat mutationem & alterationem discat Verbum manere Verbum sua substantia, nec pati eorum quicquam qua corpus patitur: condescendere tamen inter- dum non valentibus claritatem & splendorem Deitatis ob- tueri, & velut carnem loqui corporaliter, tantisper dum auditor paulatim per Verbum factus sublimior, posset etiam illam pristinam, vt ita hominem formam eius contemplari.

Lin. 23. (*Filius ergo Dei in carne venit., &c.*) Profert aliam causam aduentus Christi, vt colligere- tur, & subducatur velut summa peccatorum Ju-

dæorum, hoc est, ut consummarentur peccata eorum, addita Christi morte, eorumque impenitentia ad necem, tot Prophetarum & iustorum, quos antea occiderunt: & sic iustas penderent poenas.

Pag. 17. lin. 4. [Dicit autem Esaiæ.] Præpone hæc verba: Propterea igitur passus est. Ut in textu Græco.

Lin. 5 [Plaga corporis illius, &c.] Es. 53. in versione communi, luore illius, &c. sed textus Græcus sic habet: λέγε οὐδὲν τὸν πληγὴν τῆς Κρίσιος ἀλλό· ὅτι οὐδὲν, sed valde corruptus est, & ita castigandus: λέγε οὐδὲν τὴν πληγὴν τῆς Κρίσιος ἀλλό· οὐδὲν id est, dicit enim Deus, per Prophetam, plaga carnis illius sanati sumus. Et profertur sensus, non verba:

Lin. 8. (Feriam pastorem, &c.) Zach. 13. vbi sic habetur: παταξον τὸν παιῶνα, καὶ Διέσχερπιαθήτωσιν τὰ μεγάλα. id est, percute pastorem, & dispergantur, iuxta Septuaginta, & Hebraicum textum, vbi tamen in futuro habetur, & dispergentur. Sed Barnabas secutus est Matthœum cap. 26 & Marcum cap. 14. παταξον τὸν παιῶνα, καὶ Διέσχερπιαθήτην τὰ μεγάλα. id est, percutiam pastorem, &c. excepto quod addit particulas, ὅτου, & τοι, &c., της munus explicationis gratia.

Lin. 13. (Parce animæ meæ à gladio.) Psal. 21. Ita in textu Græco, sed apud Septuaginta, & in textu Hebraico: Erue à framea animam meam. Sed idem est sensus.

Lin. 15. (Et confige clavis carnes meas.) Ps. 118. sed

lege, vt apud sanctum Cyprianum lib. 2. de testimoniis, *Confige clavis de metu tuo carnes meas.* Et in textu Græco Barnabæ lege: καθηλεῖται τὸ φόβον τοῦ. In communi versione confige timore tuo carnes meas. Et sensus erit huius versiculi, quo erat Christus, vt cruci configatur ex timore Dei, qui quidem timor est ille, quo Christus timeret iudicia Dei: in peccatores, nisi pro eis sanguinem suum fundat in cruce. Porro particula, &, quæ huic versiculo præfigitur, virgulâ distinguenda est, vt per hanc particulam, quæ eo loci non habetur, denotetur alia citatio;

Lin. 16. (Quia nequissimorum conuentus insurrexerunt in me.) ex ps. 21 particula, quia, sumitur ex initio versiculi. Hic autem locus annexitur superiori, quod non semel in hac epistola occurrit, vt & in sacra Scriptura, & libris sanctorum Patrum, qui citando sacram Scripturam interdum plures locos compingere solent. Marci 1. Initium Evangelii Iesu Christi filii Dei, sicut scriptum est in Esaiæ Propheta: Ecce mitto eum Angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te, vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Vbi duo testimonia Malachiæ & Esaiæ simul iunguntur, nulla facta mentione Malachiæ, sed solum Esaiæ: & recte quidem, quia cum nihil aliud iuxta sensum dicat Malachiæ, quam Esaias, nobilioris mentio facta est, alterius nomine suppresso, tum etiam, quia verba Esaiæ rem magis exprimunt. Erat enim Ioannes, de quo est hæc prophetia, vox clamantis in des-

to. Ita in epistola sancti Clementis ad Corinthios citantur loci confusi ex cap. 33. Ezechielis. & 1. Esaiæ obseruato potius sensu, quam verbis: *μεταπονέσσετε, οἵκος Ἰσραὴλ δότο τῆς αἰωνιᾶς ἐνθέλλεται.* Εἰ ποτὲ τοῖς ψοῖς τῇ αὐτοῦ μον. ἐὰν ὁσιοὶ αἱ ἀληθίαι εὑρέσθαι τὸ τῆς γῆς ἔσονται, τοῦτο ἐὰν ὁσιοὶ παρρέπεται κάκου τοῦ μελάγχητοῦ στόκου, id est, Poenitemini, domus Israel, ab iniuitate vestra: dic filii populi mei, si peccata à terra ad cælum usque multiplicentur, si cocco rubriora & cilicio nigriora fuerint, *εἰ ad me extoto corde vestro conuersi fueritis, εἰ dixeritis pater, tanquam populo sancto aurem vobis præbebe.*

Lin. 19. (*Ecce posui dorsum meum ad flagella, &c.*) Esa. 50. Ita apud Tertullianum lib. 3. aduersus Marcionem, & sanctum Cyprianum libro secundo de testimoniis aduersus Iudeos iuxta Septuaginta interpres.

Pag. 18. lin. 1. (*Quis, & qui contradicit, resistat mihi, &c.*) Fere iuxta Septuaginta.

Lin. 3. (*Quis aequalis futurus est.*) Apud Septuaginta, *καὶ τὸς ὁ κριτῶντος* in textu Græco Barnabæ, *ἡ τὸς ὁ δικαιοῦντος μοι*, in versione communi habetur *τὸς aduersarius*. In textu Hebraico *תְּבִנָה לְעֵד* Id est, coniunx, & consors iudicii mei; quod sanc conuenit cum vocabulo, *aequalis*.

Lin. 5. (*Puer Dei.*) Ita in textu Græco Barnabæ, qui potius spectauit sensum, quam verba, cum vulgo habeatur, *mibi*.

Lin ead. (*Væ vobis.*) Ita in Græco Barnabæ. Vulgo, *ecce*.

Lin.

Lin. 10. (*Tanquam lapis positus est in afflictionem.*) Esa. 8. potius iuxta sensum, quam verba, quemadmodum Paulus ad Romanos: *Sic scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offendionis, & petram scandali.* Apud Esaiam enim sic habetur: *In lapidem autem offendionis, & petram scandali duabus domibus Israel, iuxta textum Hebraicum, non iuxta Septuaginta interpres, qui negationem apponunt.* Tangit locum Petrus epist. 1. cap. 2. *Et lapis offendionis, & petra scandali his qui offendunt verbo, nec credunt.* Hic igitur lapis positus est in afflictionem & contritionem, eorum videlicet, qui non credent, iuxta locum Petri citatum. Est etiam lapis offendionis & petra scandali propter ignominiam crucis ex qua multi, increduli videlicet, scandalizabuntur.

Lin. 12. [*Ecce mittam in fundamenta Sion lapidem pretiosum electum.*] Esa. 28. locus mutilus, & legendum, vt apud Sanctum Cyprianum lib. 2. de testimoniis: *Ecce immitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, summum, angularem, honoratum:* Iuxta textum Græcum Barnabæ, vbi in praesenti legitur *ἐμβάνω*, id est, immitto, vt in epistola 1 Petr. cap. 2. *ἴδοι Λαζαρί Σιών λίθοις ἀχρογνάζοι, σπλακτούς, ἐντυμούς.* id est, Ecce pono in Sion lapidem summum angularem, electum, pretiosum, sed mutato tempore: et si apud Septuaginta futurum sit. Porro in epistola Petri, in quibusdam exemplaribus, & apud Cyprianum male hæc vocabula, *summum, & angularem* virgula distinguuntur, cum illa coniunctim sumpta nihil, quam *ἀχρογνάζοι* di-

P

cant. Duos autem hic citat locos Barnabas, primum de lapide offensionis, alterum de lapide pretioso, ostendere volens Christum primo spernendum fore tanquam petram scandali, secundo honorandum tamquam lapidem pretiosum: quod præclare docet Tertullianus lib. 3. aduersus Marcionem: *Homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem, ut positus à Patre in lapidem offensionis, & petram scandali, minoratus ab eo modicum citra Angelos, verum se pronuntians, & non hominem, ignominiam hominis, & nullificamen populi: quæ ignobilitatis argumenta primo aduentui competit, sicut sublimitatis secundo, cum fiet iam non lapis offensionis, nec petra scandali, sed lapis summus angularis post reprobationem assumptus, & sublimatus in consummationem templi, Ecclesia videbit.*

Lin. 16. [Et qui crediderit in illum, non confundetur.] Ita ad Rom. 9. οὐ καταργεῖθεται. In textu Græco Esaïæ, οὐ μὴ καταργεῖθη, id est, non confundatur. In textu Græco Barnabæ, *Qui sperabit in eum, vivet in eternum.*

Lin. 22. [Dicit iterum Propheta.] His verbis præpone: *Dixit enim, & posuit me ut solidam petram, iuxta textum Græcum.*

Lin. 26: [Hæc est dies quam fecit Dominus.] Ita ferre apud sanctum Cyprianum: *Iste est dies quem fecit Dominus, lege tamen ut in textu Græco, Hic est dies magnus & admirabilis, &c. quæ epitheta addit Barnabas explicationis gratia. Hæc autem in textu Græco sequuntur, quæ in Latina interpretatione*

desiderantur: Simplicius vobis scribo, ut intelligatis: *Ego sum peripsema caritatis vestræ. Quorum prior pars producitur à Clemente Alexandrino lib. 5. Strom. ἐν τῷ Βαπτισμῷ, ὃ καὶ εἰπός οὐκεπιζέας τῷ Αποστόλῳ τῷ τοῦ Διαχωλα τῷ θεντινῷ, τῷ λόγῳ· απλούσεος, φησί, &c. id est, quinetiam Barnabas, qui ipse quoque prædicauit verbum una cum Apostolo ad ministerium gentium: Simplicius, inquit, &c. se autem appellat peripsema Paulum imitatus, qui I. ad Cor. 4 dicit Apostolos factos esse omnium peripsema. Quid sit peripsema, docet Hesychius: ωστικα περιπέμψαμε, δυτικα, αριψικα, η τοῦ ταχυ ποντιου. id est, eiectamentum, seu purgamentum: premium redemptionis, piaculum, vel id quod est sub vestigiis omnium, pedibus omnium conculcatur: Suidas: ωστικα, καπαζα (lege καταμαρα) η τοῦ ταχυ. (adde ποντιου) Δυτικα ποντιους. οὐτως ἐπέλεγεν τῷ κατ' εἰδαντος σωτήρι τῷ καλέντι, ωστικα ιρδηνά γένον. ήτοι Καπηλα, καὶ Δυτικα ποντιους, καὶ οὐτως εἰσβαλον τῇ θαλάσσῃ τῷ Ποσειδῶνι θεοῖσι Δυτικωντες. id est, reiectamentum, lustratio, piaculum: Ita enim dicebant illi, qui quotannis malis lustrandis subiiciebantur, peripsema nobis fias, hoc est, salutis premium, sicutque in mare præcipitem agebant, tanquam Neptuno hostiam immolantes: idem docet Michael Apostoli, centuria 16. n. 2.*

Pag. 19. lin. 5. [Vallauerunt me tanquam apes.] Videlur deesse & fauum: nam in textu Græco additur καλέσιον, quod idem sonat, iuxta Septuaginta interpres.

Lin. 10. [Venire.] In textu Græco φαίεται, οὐ πάχει, id est, apparere, & pati.

Lin. 11. [Ante ostensa sunt quæ passurus erat.] Quod valde consentaneum erat, ne veniret Christus incognitus: ut ea quæ facturus & passurus erat, melius cognoscerentur, & firmius crederentur, si antea per Scripturas prædicta fuissent, ut fuse disputat Tertullianus lib. 3. aduersus Marcionem, qui nescio quem Christum antea incognitum sibi finixerat.

Lin. 14. [Ad Iudeos.] Hæc verba non sunt in textu Græco Barnabæ, qui dicunt: Hæc contracta sunt: nam in textu Græco legitur: Quia inierunt consilium malum aduersum sed dicentes. Ex Esa. cap 3. Iuxta Septuaginta interpretes, nam in Hebræo non habentur: quemadmodum & illa quæ sequuntur.

Lin. 16. [Circumueniamus.] Ita sap. 2. ἀπεδρούσθη, quod idem sonat. Cuius loci interpretatio iisdem verbis habetur apud Cyprianum lib. 2. de testimoniis. In textu Græco Barnabæ, & Esa. 2. Scriptum est, θυσαντοῦ· id est, vinciamus, apud Clementem Alexandrinum lib. 5. Strom est σφωλη· id est, auferamus, tollamus. Et sanctus Iustinus martyr dialogo cum Tryphone Iudæo ait hoc verbum esse ex interpretatione Septuaginta, οὐ δένησθε, επιτεκτα. σφωλη τὸν θυσον· id est, sicuti Septuaginta exposuerunt, intuli. Huic lectioni fauet Tertullianus lib. 3. contra Marcionem. Auferamus inustum, quia inutile est nobis.

Lin. 18. [Et Moyses autem dicit ad illos.] Hic lo-

cus citatur à Clemente Alexandrino lib. 5. Strom. usque ad illa verba: Quia ergo cum nos cognouit, apud quem legitur: οὐ λέγει ἀλλος ταῦτα Μωϋσῆς id est, quid ait alius Propheta Moyses. Hic sanctus Apostolus incipit de hominis reparatione.

Lin. 21. [Intrate in terram bonam, &c.] Leuit. 20. Possidete terram eorum, quam dabo vobis in hereditatem, terram fluentem lacte & melle. Sed Barnabas potius profert sensum, quam verba, promisit. In textu Græco, ὁμοίως, id est, iurauit.

Lin. 23. [Dominus Abraham.] Ita in textu Græco Barnabæ, apud Clementem legitur: καὶ εἶπεν ὁ Θεός, οὐ θεός ἀλλα μόνος id est, Dominus Deus, Deus Abraham.

Pag. 20. lin. 5. [Credite inquit in eum qui in carne apparebit, &c. Explicat allegorice locum ex Moysi prolatum, nempe quod terra bona fluens lacte & melle, sit fides in Christum, qui assumpta carne, quæ ex terra per carnem Adæ sumpsit originem pro nobis passus est.

Lin. 8. [Homo enim est terra.] In textu Græco Barnabæ, & apud Clem. additur, πάχεται, id est, patiens.

Lin. 18. [Dicit enim per Prophetas parabolam Dominus.] Locus corruptus, lege, ut in textu Græco, & apud Clementem, dicit enim Propheta, parabolam Domini quis intelliget: Locus habetur Esa. 40. οὐ οὐδὲ νοεῖτον, id est, quis nouit sensum Domini: Dixit autem Barnabas, parabolam, quæ est fermō allegoricus & obscurus, ut diuinę mentis obscuritatem ostenderet.

Lin. 30. [Nisi sapiens & diligens Dominum.] Hæc  
P. iii

verba non sunt in loco citato Prophetæ, sed addidit A postolus explicationis gratia. Quia fidelis seu iustus nouit sensum Domini per fidem ipsi à Deo infusum, iuxta illud Esaiæ 7, *Nisi credideritis, non intelligetis*, quia *animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei*. Et eo sensu hunc Esaiæ locum producit Paulus 1 ad Cor. cap. 2. Cum enim dixisset spiritum Dei reuelatum esse Apostolis & fidelibus, qui non acceperunt spiritum huius mundi, sed spiritum, qui ex Deo est, tandem concludit hunc Esaiæ locum citans: *Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur, sicut scriptum est: quis enim nō uit sensum Domini, aut quis instruxit eum: nos autem sensum Christi habemus*. Spiritualis ergo iudicat omnia, qui accepit à Deo per reuelationem, & sensum Christi habet: ille autem à nemine iudicatur, nempe animali, nam quis de animalibus habet sensum Domini? Nos autem A postolici, & spirituales sensum Domini habemus per reuelationem. Vnde subiicit Propheta eodem capite: *Ecce gentes quasi stilla situlae, &c.* Et infra. *Omnis gentes quasi non sint, &c.* Et infra. *Deficient pueri & laborabunt, & iuuenes in infirmitate carent: quia sensum Domini non habent, nec sunt unus spiritus cum eo.* Tandemque de Iustis subiungit: *Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, sicut Aquilæ*. Eiusmodi enim homines non sunt, sicut stilla situlae, sed sunt unus spiritus cum Deo, in illo fundati & radicati. Eamdem interpretationem patitur locus Hierem. c 23. *Quis enim affuit in consilio Domini,*

*in Epistolam sancti Barnaba.*

119

*& vidit, & audivit sermonem eius? &c.* Hæc enim intelligenda sunt de pseudoprophetis, qui non nouerunt sensum Domini: Nam cum paulo ante dixisset: *Hæc dicit Dominus exercituum, nolite audire verba Prophetarum, qui prophetari vobis & decipiunt vos, visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini, &c.* Statim subiungit: *Quis enim affuit in consilio Domini? &c.* Quod clarum est ex psalmo 91. *Quam magnificata sunt opera tua, Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuae. Vir insipiens non cognoscet, & stolidus non intelliget hæc.*

Lin. 25. [Cognouit. J Lege, recognouit, id est, renouauit, ut in textu Græco *λαύριος*.]

Pag. 21. lin. 5. [Nos enim, sicut dicit Scriptura.] Locus corruptus, & legendum, ut in textu Græco: *De nobis enim, dicit Scriptura, sicut dicit Filius, Deus videbit, aut Pater. Et primam hominis creationem sanctus Barnabas allegorice interpretatur de hominis renouatione.*

Lin. 12. [Dominus videns bonam figuram nostram, &c.] Persequitur suam allegoriam, cum ergo per remissionem peccatorum Deus hominem renouasset spiritu suo, eiusque optimam formam considerasset, dixit: *Crescite & multiplicamini, & replete terram, filiis spiritualibus & perfectis videlicet.*

Photius  
in Bblio-  
theca n.  
237.

Quem locum ita etiam interpretatur sanctus Methodius martyr lib. de castitate. *καὶ τῷ κτί πνεύμα-  
τι πλήνυθεν, τῷ διορθών, καθὼς τῷ Παῦλος βοῶ τέ-  
λη λέγων τοῖς οὐτε εἰ αὐτὸς θυντεῖς, &c.* id est, de natis & perfectis secundum spiritum, cum filios

appellat illos, quos ita genuerat: *Filioli*, inquit, *quos iterum parturio, donec Christus in vobis formetur.* Et iterum: *In Christo Iesu per Euangelium, ego genui vos.* Ita etiam diuus Gregorius Nyssenus homil. 2. in hæc verba, *Faciamus hominem, qui postquam hunc locum de incremento spiritali cuiusque hominis exposuit, subiungit:* πληθωρες ευχαντιας την θλωσια, μην οτι εντελεχεια φητω η θεολογια. Σημ. *Eis παραδού την γιαν υπουργητων της Βαρχελιον της επικειας.* Id est, multiplicamini Ecclesiæ benedictione, ne in uno concludatur cognitio Dei: sed in omnem terram prædicetur Euangelium salutis.

Lin. 17. (*Ceterum vobis ostendam.*) In textu Græco legitur, *Γιδεστι, tibi: sed lege ιμιν.* id est, vobis. In eodem hæc verba, *Τωνα περισσων.* id est, hæc filio, sup. dicit, hic præcedunt: sed puto, aut superflua esse, aut subiungenda esse his superioribus verbis, *της Γαργαλιας.*

Lin. 18. (*Quomodo vobis dicit secundum figuram in nouissimis.*) Hæc corrupta sunt, lege ex textu Græco, prout emendaui, *Rursus vobis ostendam, quomodo in nouissimis temporibus fecit.*

Lin. 21. (*Dicit Dominus, ecce facio nouissima, &c.*) Hæc sententia in tota Scriptura non extat sub hac verborum formula: attamen sensus eius habetur, Esa. 43. *Ne memineritis priorum & antiqua ne intueamini, ecce ego facio noua.* Et Thren. 5. *Innova dies nostros sicut à principio.* Hæc enim precatio est futurorum prædictio. Et Hierem. 33. *Et ædificabo eos sicut à principio.*

Lin.

Lin. 26. [*Intrate, &c.*] Repetit superiorem allegoriam.

Lin. 28. [*Et dominamini eius.*] Hic nonnulla defunt, quæ supplenda sunt ex textu Græco: *Ecce igitur nos denuo plasmati sumus, quemadmodum in alio Propheta dicit: Ecce dicit Dominus: Auferam ab eis, id est, ab eis, quos præuidebat spiritus Domini, corda lapidea, & dabo eis carnea.* Locus habetur. Ezech. II. *Auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum.* Sed Barnabas profert potius sensum, quam verba. Idem habetur cap. 36.

Pag. 22. lin. 1. [*Incipiebat.*] In textu Græco ιμιλατε, id est, debebat, ut supra, & alibi passim.

Lin. 4. [*Templum Domini inhabitatio cordis nostri est.*] Iuxta illud quod dixit supra: *Simus templum consummatum Deo.* Et doctrinam Pauli I. Cor. 3. *Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis, &c.* *Templum enim Dei sanctum est;* quod *Vos estis* cap. 6. *An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est.* 2. ad Cor. cap. 6. *Vos enim estis templum Dei vivi.* Et præclare Sixtus in sententiis, *templum sanctum est Deo mens pura: & altare optimum est ei cor mundum, & sine peccato.*

Lin. 8. [*Quomodo apparebo Deo meo.*] Hæc non citantur iuxta Scripture verba: habentur tam psalmo 41. & 21.

Lin. 20. [*Sicut per fidem promissionis verbo dum adnutrimur, sic vivificamur.*] Paulo aliter in Græco: *των ειναις την πιστην επαγγελτας, και τας λόγιας επωνυμοι ζειραν.* id est, sic & nos fide promissionis &

Q

verbo viuificati viuemus: Itaque in versione Latina sic legendum puto: *Sic et nos per fidem promissio-*  
*nis, & verbum dum adnutrimur, viuemus.* Itaut nō, *Εγω τοιούτοις id est, viuificati, idem sit hoc loco,*  
*quod adnutriti, iuxta veterem hunc interpretem,*  
*ut paulo ante dicitur, infans melle & lacte, Εγω τοιούτοις.*  
 in Græco, & in Latino, viuificatur, vbi utrumque  
 vocabulum, idem est hoc loco, quod nō nutritur.  
 Hæc autem doctrina conformis est sacræ Scriptu-  
 ræ, ps. 18. *Lex Domini immaculata conuertens animas, te-*  
*stimonium Domini fidele sapientiam prestans parvulis.* ps.  
 18. *Quia eloquium tuum viuificauit me.* Luc. 4. Matth.  
 4. *Non in solo pane viuit homo, sed ex omni verbo quod*  
*procedit de ore Dei.* 2. ad Cor. 3. *Littera occidit, Spiritus*  
*autem viuificat:* Vbi tō, *Spiritus, est verbum Dei spi-*  
*ritualiter intellectum, non carnaliter more Iudeo-*  
*rum.* cap. 1. ad Rom. *Iustus autem ex fide viuit: ad Ga-*  
*lat. 3. Quia iustus ex fide viuet: ad Hebr. 7. Iustus autem*  
*meus ex fide viuet. Habacuc. 1. Iustus autem in fide sua*  
*viuet. Viuimus autem, seu viuiscamus Dei verbo,*  
*quia illo per Dei gratiam in nobis operante ac mo-*  
*uente nostram voluntatem ad Deum conuer- i-*  
*tur. Iustus vero ex fide viuit, seu viuiscatur, quia*  
*sine fide impossibile est placere Deo, & quicquid*  
*boni facimus, sine ea nihil confert ad salutem,*  
*quod præclare docet sanctus Augustinus libro ter-*  
*tio contra duas epistolas Pelagianorum, cap. 5.*  
*Nostra fides, hoc est, Catholica fides iustos ab iniustis non*  
*operum, sed ipsa fidei lege discernit. Quia iustus ex fide*  
*viuit. Per quam discretionem sit, ut homo dicens vitam:*

*sine homicidio, sine furto, sine falso testimonio, sine ap-*  
*petitu rei vlliis alienæ, parentibus honorem debitum red-*  
*dens, castus usque ad continentiam absque omni omnino*  
*concubitu, etiam coniugali, eleemosynarum largissimus, in-*  
*iuriarum patientissimus, qui non solum non auferit aliena:*  
*sed nec sua reposcat oblata, vel etiam venditis omnibus*  
*suis, erogatisque in pauperes nihil suum proprium possi-*  
*deat, cum suis tamen ipsis velut laudabilibus moribus, si*  
*non in Deum fidem rectam & Catholicam teneat, de hac*  
*vita damnandus abscedat. Alius autem habens quidem*  
*opera bona ex fide recta, quæ per dilectionem operatur:*  
*nontamen ita, ut ille bene moratus, incontinentiam suam*  
*sustentat honestate nuptiarum coniugij carnalis debitum,*  
*& reddit, & repetit, nec sola propagationis causa, ve-*  
*rum etiam voluptatis; quamvis cum sola uxore concubit:*  
*quod coniugatis secundum veniam concedit. Apostolus: in-*  
*inurias tamen non patienter accipit, sed vlcscendi cupidi-*  
*tate fertur iratus; quamvis, ut possit dicere, sicut & nos*  
*dimittimus debitoribus nostris, rogatis ignoscat; possidet*  
*rem familiarem, faciens inde quidem eleemosynas, sed*  
*non tam largas, quam ille, non auferit aliena: sed quamvis*  
*Ecclesiastico iudicio non forensi, tamen repetit sua. Nempe*  
*iste qui moribus illo videtur inferior, propter rectam fidem*  
*qua illi est in Deum; ex qua viuit, & secundum quam in*  
*omnibus delictis suis se accusat, in omnibus bonis operibus*  
*Deum laudat, sibi tribuens ignominiam, illi gloriam, at-*  
*que ab ipso sumens, & indulgentiam peccatorum, & dilec-*  
*tionem recte factorum, de hac vita liberandus, & in com-*  
*fessorium cum Christo regnaturorum recipiendus emigrat.*  
*Quare, nisi propter fidem? Quæ licet sine operibus nem-*

nem saluat. (*Ipsa enim est non reprobafides, quæ per dilectionem operatur: ) tamen per ipsam etiam peccata solvuntur: quia iustus ex fide viuit.* Hæc recte, quid sit illud: *Iustus ex fide viuit*, exponuntur, non videlicet ex sola, & nuda fide quæ reprobafides, quæ bonis operibus vacua est, sed ex ea fide, quæ per dilectionem operatur, quæ cum bonis operibus coniuncta est. Vnde lib. I. eiusdem operis cap. 3. recte dicit: *At per hoc bona voluntas quæ se abstrahit à peccato fidelis est, quia iustus ex fide viuit.* Quamobrem præclare Haymo Halberstatensis Episcopus in capite I. epist. ad Rom. hunc locum explanans: *Ex fide igitur, inquit, quæ concipitur corde, & profertur ore, ex bonis operibus exornatur, viuit iustus vita aeterna: Fides autem sine operibus mortua est.* Sanctus autem Barnabæ dixit fidem promissionis, nempe futurorum honorum, quæ promisit Deus diligentibus se, ponens partem pro toto: maxime cum eiusmodi fides contineat, implicite omnia quæ à Catholico & orthodoxo Christiano credenda sunt. Dicitur etiam homo fide, seu ex fide viuere: quia iuxta Concilium Tridentinum sect. 6. cap. 13. *Fides est humana salutis initium, fundamentum & radix iustificationis.* Dicit etiam potest homo fide promissionis futurorum honorum viuere, quia per eiusmodi fidem eius animus ad spem futurorum honorum erigitur, ac proinde nutritur, ac sustentatur, adhuc bonorum operum assiduo exercitio, ad quod per fidem viuam, ac spem firmam maxime extimulatur: ac proinde hic locus longe ab hac

Q. 8.

reticorum mente, qui dicunt Euangelium esse nudam & absolutam promissionem vitæ æternæ sine conditione observationis mandatorū, quam sententiam anathemate ferit Concilium Tridentinum, eiusdem sectionis Canone 20. Siquidem in hoc Barnabæ loco dicitur nos victuros per fidem promissionis, non vero per solam fidem promissionis.

Pag. 23. lin. 2. (*Dominatum agentes terræ.*) In textu Græco additur: *αρχείπνυτε ὃ ἐποίησα ὁ θεός*, &c. Sed particula *ὁ θεός*, redundat. Adde igitur in versione Latina: dixit superius, crescant, & dominantur piscibus. *Quis est*, &c. In textu Græco, lege, *τις νικήσει*.

Lin. II. [*Dominus fit.*] Nonnulla desunt, quæ ex textu Græco his verbis subiicienda sunt: *Si igitur hoc minime nunc contingit, numquid nobis dixit aliquando, cum & ipsi consummati & perfecti erimus, ut heredes simus testamenti Domini.* Hoc fiet. Et loco *ὑπὲρ*, lege, *ὑπὲρ*, id est, nobis.

Lin. 16. (*Intelligite ergo.*) Sextum caput est, in quo iterum de Christi passione agitur.

Pag. 24. lin. 8. (*Templi*) In textu Græco, *ἀριθμός*, id est, populi: sed puto, legendum, *ταῦτα*, id est, templi.

Lin. ro. (*Vt si quis non ieunaret, &c.*) Ex populo videlicet. Nam Leuit. 16. cum agitur de expiatione populi per duos hircos, præcipitur populo, vt affligat animas suas mense septimo, decima die mensis, qua fit eiusmodi expiatio, & eiusmodi afflictio animarum ieunium erat, vt planum est.

Q. iii.

ex Tertulliano libro contra Iudeos eiusmodi hircorum duorum enarrante figuram: Sic enim & duorum hircorum, qui ieiunio offerebantur, faciam interpretationem. Locus tamen à sancto Barnaba productus sumitur ex 23. Leuit. in quo, cum dies expiationum præcipitur: sic scriptum est: *Omnis anima, qua non fuerit afflita die hac peribit de populis suis.* Qui locus ab Tertulliano libro de ieiuniis aduersus Psychicos exponitur etiam de ieiunio: *At quod ad ieiunia pertineat, certos dies à Deo constitutos apponunt, ut cum in Leuitico præcipii Dominus Moysi decimam mensis septimi diei emplacementis Sancta, inquiens, erit vobis dies, & vexabitis animas vestras: & omnis anima, qua vexata non fuerit illa die, exterminabitur de populo suo.* Hic autem locus à Barnaba prolatus est potius ex sensu, quam verbis.

Lin. 16. [Vas spiritus sui.] Id est, corpus, Et manducant de hirco. Sacerdotes, hæc autem tanquam scripta sunt, citantur, cum in tota Scriptura non reperiantur. Sed quia tradita sunt, & imperata populo, quasi scripta essent proferuntur. Sed de his mox agetur.

Lin. 23. [De hirco.] Hircus hic in die ieiunii, hoc est, septimi mensis decimo die mactabatur, præter duos illos hircos, qui eodem die pro expiatione populi offerebantur, quorum alter erat emissarius, alter offerebatur in holocaustum: de quo numer. cap. 29. *Decima quoque dies huius mensis septimi.* Et paulo post. Et hircum pro peccato, absque his, quæ offerri solent in expiationem & holocaustum sempi-

ternum cum sacrificio & libaminibus eorum. Vbi vides hunc hircum distingui ab iis quæ offeruntur in expiationem nempe ab his duobus hircis, quorum alter emissarius erat, alter in holocaustum ad populi expiationem, de quibus agitur, Leuit. 16. Vbi tamen nulla mentio fit prioris hirci, de quo nunc agimus. Id etiam clarum est ex Iosepho, lib. 3. antiquit. cap. 10. Κύριος δέ τούτη η μερα ζεύπον, καὶ χριστόν, καὶ αἵρετος εἰμί, καὶ τοῦτο αὐτὸν πάθω ἔειφον, προσδέσμον δέ δύο τούτους πάστορας. Ita legendum, non τούτοις, ut bene obseruauit interpres, ἔειφον, &c. id est, Sacrificantque eodem die taurum & arietes duos agnos septem, & pro peccato hædum: adducunt autem duos præter hunc hædos, quorum alter viuus extra fines in desertum emititur, &c.

Lin. 27. (Et manducant soli sacerdotes.) Hæc non sunt in Scriptura, sed credendum est, vt & alia obseruari solita ex traditione antiqua

Pag. 25. fol. 3. (Quoniam me, &c. In textu Græco, οὐδὲ εἶδον, sed ποτὲ εἶδον videtur redundare.

Lin. 5. (Populi mei.) In textu Græco, λαοὶ τῷ οὐρανῷ, id est, populi noui, non ita recte: quia Christus pro vniuerso mundo passus est.

Lin. 11. (Plangite vos.) Lege, plangente, expuncto pronomine, Vos, vt in textu Græco κοπλούσον id est, plangente Nam populus illa die debebat affligere animas ieiunio, vt supra explicatum est, in cinere & cilicio, vt hic planius declaratur.

Lin. 15. (Sumite duos hircos.) Explicat allegorice

duorum hircorum sacrum, qui in expiationem populi offerebantur. Leuit. 16.

Lin. 16. (*Bonos similes.*) *Lege, bonos & similes,* in textu Græco, *καλούς καὶ ομοίους.* correxi *ομοίους.* Vbi nota, et si in capite citato Leuitici nihil de hircorum similitudine præcipiatum, tamen apud sanctum Iustinum Martyrem dial. cum Tryphone Iudæo dicuntur, *τριῶν δύο ομοίων.* id est, hirci duo similes, & Tertullianus libro contra Iudæos appellat, *Pares & consimiles:* sed vnde sumpserunt, nisi ex hac epistola.

Lin. 18. (*Vnum holocaustum.*) *Lege vnum in holocaustum.* Iuxta cap. 16. Leuit. Ioseph capite citato, & Philonem Iudæum. At aliter Tertullianus: *Alter vero pro delictis oblatus, & sacerdotibus tantum templi in pabulum datus.* Sed puto lapsum memoria Tertullianum & hircum illum, qui dabatur in viscerationem seu pabulum sacerdotibus sumpsisse, pro illo qui offerebatur in holocaustum ad populi expiationem simul cum emissario, & in hac epistola, quam haud dubie legit, non distinxisse tres hircos, vnum quem edebant sacerdotes, de quo Barnabas: *Et manducant de hirco, quem oblaturi sunt ad ieiunium pro omnibus peccatis.* Attendite diligenter, & manducant sacerdotes soli intestinum non lotum cum acezo. Et infra. *Manducate vos soli populo ieiunante & plangente.* Alterum immolatum in holocaustum, tertium emissarium.

Lin. 19. (*Alium in maledictionem.*) Hæc contractius redditia sunt, cum in Græco paulo fusius ha-

bean-

beantur. Hic autem hircus in Græco textu Barnabæ dicitur *τριῶν ομοίων.* id est, mal edictus, quia cum imprecatione emittebatur ad expiationem populi: Leuit. 16. vbi appellatur *emissarius* in vulgata versione, & *ἀπομητήσας* apud Septuag. quod idem sonat, *ἀπομητήσας*, allegatio in glossis veteribus eriam auersio apud Suidam. Vnde *ἀπομητήσας* demones apud Iulium Pollucem libro 5. cap. 26. qui maledictiones auerruncabant. Et *ἀπομητήσας* hostia piacularis quæ emittebatur cum execratione, alias *πειθυμα*, qui quotannis populi mala in se continens vel suscipiens in mare demergebatur hostia piacularis Neptuno futurus, cui veteres dicebant: *πειθυμα τηλί θύσιν, ἥτο, οὐτελα, καὶ ἀπλυτώσι.* id est, sis expiatio nostra, vel salus, & credēptio, apud Suidam, & Apostolium supra alias *φάρμακος.* Hesychius *φάρμακον καθαρθεῖν πειθυματις τελέσαι πόλεσ, μηδέ τι γενέσι.* id est, purgatores lustrantes vrbes vir & mulier. Duo erant Athenis piacularis, qui vrbe eiiciebantur vnum virorum, alter mulierum apud Harpocrationē & Suidam, de quibus Helladius in Christomachia. *Ἐντος λιβύης Αθηναῖς φαρμακεῖς ἀγένητοι πάντα καθαρθεῖν, πάντα μηδέ τι γενέσιν, τοὺς τον καθαρθεῖν αγένητοις.* καὶ οὐδὲ μηδέ πάντας τον πάχηλον Εἰχε, λαρυγγὸς δὲ ἐπιποσ, &c Id est, mos fuit Athenis duos ducere expiatores, vnum pro viris, alterum pro feminis, qui ad expiationem ducebantur. Virorum expiator caricas nigras circa collum habebat, mulierum albas. Eiusmodi autem expiatio fiebat ad auerrun-

R

Photius  
in Bibliotheca n.  
279;

candam pestem, sumpsitque initium à nece Androgeo, inquit idem auctor. Sic olim apud Æthiopes erant emissariæ hostiæ regionis expiatoriæ. Hic mos erat apud eos à priscis temporibus ex oraculo traditus, ut per ètates viginti, annos vero sexcentos: (ætas enim triginta perficitur annis,) duobus hominibus expiationem facerent. habebant præparatum nauigolum ad ferendas maris tempestates, & quod duo viri facile possent regere. In id sex mensium victu, quod satis esset ambobus imposito viros inducentes mandabant, vt secundum Oraculi responsa nauiculam versus meridiem dirigerent: venturos esse eos in insulam felicem, & humanos homines qui beate viuerent: eodem modo & eorum patriam, si ipsi in insulam peruenissent sexcentis annis in pace felicitateque futuram: sin vero longitudine maris territi cursum retroverterent, tanquam impios ac scelestos omni eorum genti magnarum calamitatum causam præbituros, vt scribit Diodorus Siculus libro 2. Bibliothecæ cap. 13.

Lin. 23. [ *Expuite in illum omnes, & pungite & imponite lanam coccineam.* ] Hæc sane notanda, cum graphicè exprimant Christi passionem, quæ etiam obseruat Tertullianus lib. 1. contra Iudæos, & libro tertio contra Marcionem: *Vnus autem eorum circumdatus coccino maledictus, & consputatus, & conuulsus, & compunctus à populo extra ciuitatem abiiciebatur in perditionem, manifestis notatus insignibus Christi passionis, qui coccinea circumdatus veste, & consputatus, &*

omnibus contumeliis afflictus extra ciuitatem crucifixus est. Quæ quidem circumstantiæ à Barnaba notatae, et si non sint in Scriptura, tamen per traditionem innotuerunt, vt alia plura, quæ in hac epistola continentur, quod impræsentiarum ostendere operæ premium duxi. Antiqui igitur Hebræi præter legendum scriptam habebant quasdam traditiones non scriptas, vt notum est ex Philone Iudæo, libro de circumcisione: Τοῦτο τὸν Εἰς ἀκοὰς ἦλθε τοῦτο μητέρας οὐχι πλεύσαντα τῷ Θεῷ θεωροῖς αἰδηπάσιν, οἱ τοῦ Μωϋσῶς οὐ πέργασον μημελεῖσθαι· id est, hæc igitur ad nostras aures peruenierunt per manus à sanctis viris traditione accepta, qui scripta Mosis non officianter sunt interpretati. Hæc videre est apud Eusebium libro quarto hist. Ecclesiastice cap. 21. cum agit de Hegesippo, καὶ ἄλλα δὲ ως ἐξ Ιουδαϊκῆς αὐτοφου τοῦ θεόντως μημελεῖται· id est, alia item tanquam à Iudaica sine scripto accepta memorat. Idem testatur sanctus Hilarius in psal. 2. Erat autem iam à Mose antea institutum in synagoga omni septuaginta esse doctores. Nam idem Moses, quamvis veteris testamenti verba in litteris condidisset: tamen separatim quedam ex occultis legis secretiora mysteria septuaginta senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimauerat, ex diuo Hieronymo in cap. 45. Ezech. At vero primitiva, quæ de frugibus offerebant, non erant speciali numero definita, sed offerentium arbitrio derelicta. Traditionemque accipimus Hebreorum non lege præceptam, sed magistrorum arbitrio inolitam: qui plurimum, quadragesimam partem dabat sacerdotibus, qui minimum, sexagesi-

mam: inter quadragesimam & sexagesimam licebat offerri quodcumque voluisse, &c His consonat Galatinus vir in omni Hebræorum disciplina versatissimus, cum lib 1 de arcana cap. i. ait duplēcē esse legem à Mōse traditam, vnam scripto, alteram ore, hancque manasse in posteris per continuam & successiuam traditionem. Id videmus in emptiōibus Hebræorum, in quibus siebant duo instrumenta, vnum clausum, & publico sigillo obfignatum ad faciendam fidem in iudicio, alterum aperatum, ut omnibus legendum exhiberetur, vt notum Hieremias 32. Et praecepit Baruc coram eis dicens: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israhel: sume liberos istos, libram emptionis hunc signatum, & librum hunc, qui apertus est; & pone illos in vase sc̄fili, ut permanere possint diebus multis. De quibus tamen libris nihil in lege Mōsis scriptum reperitur. Erant etiam historica quædam quæ non scripto, sed traditione posteris traducta sunt, vt videre est 2. ad Timotheum cap. 3. Quemadmodum Jannes & Iambres, alii scribunt, Mambres, restiterunt Mōysi ita & hi resterunt veritati. Hifuerunt Magi, qui in Ægypto Mōysi obſistentes falsa miracula edebant, quorum nomina scripta non fuerunt, sed per traditionem ad ipsum Paulum peruererunt. Horum mentionem etiam facit Numenius antiquus Philopophilus Pythagoricus apud Eusebium lib. 3. de præparatione Euangelica cap. 8. Iānes & Iambres Alijuntur iēḡyāmūrātis dūd̄p̄s Gōd̄v̄s n̄t̄s m̄z̄s̄t̄s̄ x̄p̄d̄r̄t̄s̄ 21. Att. 28. Ioudaicus c̄z̄ḡw̄p̄d̄l̄w̄

Ægypti, id est, Jannes & Iambres scribæ sacrarum rerum Ægypti, quo tempore Ægypti finibus electi sunt Iudei claruere, viri omnium iudicio rerum Magicarum scientia nemini concedentes: quippe ambo quidem communī Ægyptiorum consensu delecti sunt, qui Mysæo, ita Moysem appellat, duci Iudeorum, cuius apud Deum potentissimæ preces erant, se se opponerent. Loci huius Numenii meminit Origenes lib. 4. contra Celsum, Iannis meminit Plinius lib. 30. cap. 1. Sed errat, cum eum Iudeum Magum appellat. Hi Magi in solitudine Ægyptiaca sibi sepulchrum condiderunt ex lapidibus quadratis, & cum illic auri multum deposuerint, & omne genus arborum plantassent, maximum aquæ puteum effoderunt, putantes post obitum frui delitiis in illo paradiſo: illudque κηπον appellaverunt. Illic visendi gratia olim profecitus est sanctus Macarius, vt refert Palladius in Lausiaca, cap. 20. Horum meminit Philostorgius lib. 9 hist. Eccl c. 2. ὅτι Μωϋς φησι τοῖς Ιαννὶ καὶ Ιαμβρὶ εἰ λάχειται κορανίδως. οὐ διατέξει μήτε πατέρα οὐ διατέξει λαμπτήρα id est, ait à Mōse Iannem & Iambrem ulceribus punitos, & utriusque horum matrem morti adiudicatani, in epist. Iudei Apostoli scribitur: Cum Michael archangelus cum diabolo disputans alteraretur de Mōysi corpore, non est auctor iudicium inferre blasphemie, sed dixit, imperat tibi Dominus. Traiecto mari rubro Pharaoni populum Israeliticum insequenti visi sunt fulgores & calo micantes flamarum instar, vt narrat Ezechielus antiquus tagcediarum scriptor Hebraeus.

Ἄντε οὐεραδός φέρος ὡς πυρὸς μέρη  
Ωφρινοὶ τοῖς μὲν ὡς μὴ εἰσιλέπει, πρὸς  
Αὐτὸν διπλαγῆσθαι Θεός

Id est, è cælo vero lux magna tanquam ignis emi-  
cuit nobis, vt coniicere est, aderat ipsis adiutor  
Deus. Idem refert Artapanus antiquus scriptor a-  
pud eumdem cap. 27. eiusdem libri: συνεμβάτων δὲ  
Αἴγυπτον, τοις δικούσιοι πῦρισι τὸν τὸν θεῖον πορ-  
θεῖν εἰλέντα. id est, fugientium terga premen-  
tibus Ægyptiis ex aduerso ignem coruscasse di-  
cit idem Ezechielus apud Eusebium, libri citati  
cap. 29 narrat de quadam aue admirabili, quæ visa  
est Israelitis, cum peruenissent ad locum ubi erant  
Septuaginta palmæ, & duodecim fontes aqua-  
rum.

Διπλοῦν γένος τὸν μῆκος αὔτε τὸν φέρειν.

Γνησίοις ποικίλοισιν δὲ τὸν χρώματα

Στῆπας καὶ αἷμα πρφυσεῖν ἐφαγέτω, &c.

Id est, geminæ aquilæ magnitudo illius ferme fuit,  
multiplici pennarum colore decorata, pectus ei  
purpureum videbatur miniatis fulgens cruribus,  
aureo croco ceruix fulgebat, subflauus erat ocu-  
lus, pupilla similisocco fulgebat.

Φωνὴ δὲ πολὺτον εἶχεν θύμπεπεστίου,

Vocemque habebat omnium suauissimam. Huius  
Ezechieli Iudaicarum tragœdiarum scriptoris me-  
minit Clemens Alexandrinus cap. 1. Strom. aliquot  
illius versus ibidem citans Cum obtulit Abel Do-  
mino sacrificium, ignis in eius holocaustum è cæ-  
lo descendit, vt refert S. Ephræm, sermone primo

de sacerdotio: Ceterum reuertamur ad iustum Abel,  
qui in initio creationis sacerdos factus est, discamusque ex  
ipso, quando in principio victimam suam sacrificauit Deo,  
nonne ignis è cælo descendens ipsius sacrificium deuorauit?  
Et paulo post. Vides primum sacerdotem Abel in priori  
creatione, quo pacto ignis calitus in terram deciderit, pro-  
pter irreprehensibile eius sacrificium. Idem habetur a-  
pud sanctum Ioannem Chrysost. epist. ad Hebr.  
cap. II. πῶς δὲ ἀλλως ἐμπρησθεὶς δικαιος λέγεται πῦρ  
κατέληπεν αὐτούς τοὺς θυσίας. αὐτὸν τὸ τέλος ἀπε-  
λεγέτε, τοὺς τοιαύτους αἴτιοι πυρεοις, οἰνούσιοι, Εἰπει-  
αίτιοι. id est, quomodo principaliter testimonium acce-  
pit, quod iustus esset, dicitur: ignis descendit con-  
sumere victimam. Pro his enim verbis respexit Do-  
minus ad Abel, & ad sacrificium eius, dixit inflam-  
mavit. Vbi posse τὸν φέρειν restituendum est vox  
Θεοδοτίων, Nam illi sancti Patres ex illius interpre-  
tatione hanc sumpsere traditionem, vt notum est  
ex Haymone Alberstatensi in idem caput: Testimo-  
nium quoque Deo perhibente muneribus eius, sine quod  
ignis descendit, vt in Theodotion legitur, quia inflam-  
mavit Dominus super Abel, & super munera eius. Quod  
confirmatur ex diuo Hieronymo in questionibus  
ad Genesim: Vnde scire poterat Cain, quod fratri eius  
munera suscepisset Deus, & sua repudiasceret, nisi illa in-  
terpretatio vera esset, quam Theodotion posuit? & inflam-  
mavit Dominus super Abel, & super sacrificium: Super  
Cain vero, & super sacrificium eius non inflammat. Ge-  
nesis 21. c. de Agar & Isemaele scripsere Septuaginta  
interpretes: καὶ ἔπειτα διὰ τούτων μας ἐγένε-

id est, & eiecit filium suum subter vnam abietem: at in Hebreo habetur generatim subter vnam arborem. Vnde habuere Septuaginta hanc arborem esse abietem, nisi ex traditione, cap. 10. Genesis iuxta eosdem Septuaginta interpretes: *Arphaxad genuit Cainam, Cainam genuit Sale*, quos fecutus est sanctus Lucas cap. 3. quæ sane generatum in Hebreo sit omissa, interposita est à Septuaginta ex traditione. Inter munera quæ dedit Abraham filiis Chetturæ, fuerunt aurum, thus, & myrrha, quæ à Sodomorum & Gomorrhæ regibus acceperat Quemadmodum habetur in traditionibus Hebreorum, ut refert sanctus Epiphanius in expositione fidei Catholicæ. Quamobrem eorum posteri in Magodia Arabiæ regione eadem munera Christo nato obtulerunt, ut refert ibidem Epiphanius lib. 2. Paralip. 2 cap. 26. narratur Oziam regem Iuda lepra percussum in templo, eo quod sibi sacerdotale munus arrogasset. Sed Iosephus lib. 9. Antiqu. Iudaic. cap. 11 narrat, cum Rex obiurgatus à Pontifice Azaria discedere nolens ei mortem minaretur, templo superne disciso ex terræ motu splendorem ingentem illuxisse, & regis faciem inuasisse, quod tamen in sacris codicibus non extat, excepto tamen terræ motu, de quo cap. 1. Amos & Zachariæ 14 extat.

Pag. 26. lin. 1. [Et auferat.] Adde ḥ lanam, ut est in textu Græco.

Lin. 6. [Quæ dicitur rubus.] In textu Græco, οὐδέποτε παχὺν locus corruptus, & legendum πα-

χόν,

χόν, pro παχύν, quod nusquam reperies, παχός est stirps spinosa. Hesychius: παχή, &c. Et paulo post: εἴ τι ὁ ἀργυρίδης φυτὸν ἀφ' οὗ θάλαττα φεγγυμα. Est autem spinosa ex qua fiunt sepes: quod mire locum Barnabæ illustrat, & παχό. apud auctorem veteris etymologici est σκλεψύδηρος, baculus spinosus, παχία apud Suidam φεγγυμοί sepes, maceræ, quæ ex virgultis spinosis maxime fiunt. Consule Phaorinum.

Lin. 7. [Cuius & fructus.] In textu Græco, οὐδὲ πατητὸς corruptè legitur: nam βατός oxitonè est perius, & βάτης grauitonè rubus: lege igitur, οὐ καὶ πατητα. est enim βατητος fructus rubi. Galenus 2. de alimentis. Οὐ βατητος καρπὸν ὄνομα γεων οἱ πᾶσιν αἰδεῖσθαι βατητορ. id est, ruborum fructum nominant homines nostri βατητον.

Lin. 8. [Adsumus.] Lege adsumus, ut in textu Græco Εἰδήσασθε.

Lin. 9. [Huius stirpis.] In textu Græco: οὐτω μόνος τῆς παχός, lege, πατητὸν παχόδ expunctis tribus primis vocabulis: Et quare is qui maledictus, hæc desiderantur in textu Græco.

Lin. 16. [Coronatus.] Lege, coronatus est. Videbunt illum tunc. Iuxta illud Zachariæ cap. 12. Et aspicient ad me quem confixerunt, & plangent cum planctu. Ita hunc Prophetæ locum applicat sanctus Hippolytus libro de Antichristo, de iudicio agens, τῷ ἀπαξ παντὶ τῇ γένονται οἱ τῷ Εὐαγγελίῳ δημος, τῷ καὶ γένονται, τῷ κλαυθυνται, τῷ τὸς βοῶν οἱ περιφέτης, οἱ γοναὶ Εἰς οὐ διέκεινται. id est, semel omnia videbit Hebreorum

S

populus, & planget, & flebit, quemadmodum clamat Propheta: *Videbunt in quem pupigerunt.* Quem locum, et si Ioannes cap. 19. explicauerit de passione, nihil tamen obest, quin explicari etiam possit de secundo Christi aduentu. His consonat sanctus Iustinus Martyr dialogo cum Tryphonie Iudeo, ubi agens de duobus hircis ait per eiusmodi figuram representari utrumque Christi aduentum, & agens de secundo scribit: ὅπερ εἰ τοῦ αὐτοῦ πόπου ἦν Ἰησοῦς Χριστὸς οὐτιγίαδην οὐτούτῳ τῷ αὐτοῦ παθήσαται ὡφέλιμόν id est, quia in ipso loco Hierosolymorum cognoscetis ipsum, qui à vobis ignominia affectus est.

Lin. 18. [In illa die] Id est, in die iudicii. Zachar. cap. 12. In die illa ponam duces Iuda sicut caminum ignis in lignis: Et infra. In die illa magnus erit planctus in Hierosalem. Paulus 2. ad Timotheum 1. Det illi Dominus inuenire misericordiam à Domino in illa die. Et cap. 4. Quam reddet mihi Dominus in illa die iustus index: Et cap. 1. eiusdem epistolæ dixit, seruare in illum diem.

Lin. 19. [Chlamydem habentem coccineam circa corpus.] Nota Christum in die iudicii venturum esse chlamyde coccinea circumdatum, quietiam apparebit cum cæteris passionis suæ notis, vt docet sanctus Hippolytus loco citato: τῇ γὰρ Ερατεων δημοσιον ὄψιν εἰς ζημιαν αἰσχρον κράτος αὐτοῖς ὥφελον εἴη τῆς αἵρετος Σηκουανος, τὴν κράτος αὐτοῖς ἐσαύρωσθε, τῷ δὲ εἰς αὐτοῖς χρέον, τῷ τὸν ποδῶν τοὺς ἵλοντας, τῷ τῶν παθεσθεών αὐτοῖς νευρικανον Σηκρος τῆς αἵρετος, τῷ τούτῳ καρπον τοῦτον αἰκατάσθαι τοφειαντοσθεν, τῷ τὸν τίμους στυπον: id.

est, populus enim Hebreus videbit ipsum in habitu hominis, quemadmodum ab ipsis visus est ex sancta Virgine natus in carne, & quemadmodum eum crucifixerūt, & ostendit illis manum, & pedum clavos, & latus suum lancea confossum, & caput spinis coronatum, & honorandam crucem.

Pag. 27. lin. 2. [Sicut ergo similis.] In textu Græco: πῶς γὰρ οὐιλος, male: lege, ὡς ἀνερ οὐιλος. Sic in textu Græco, εἰς τὴν Λ. οὐιλος. Sensus horum est, sicut ergo Christus similis est duobus illis hircis in die ieunii ad populi expiationem oblatis, sic similes hircos & æquales: subaudi, offerri præcepit Moyses.

Lin. 4. [Vt cum viderint unum ex illis tunc pascen-tem.] Hæc corrupta sunt: sed lege, vt in textu Græco: Sed cum viderint eum tunc venientem: lege tamen in textu Græco, ποτε, loco, ποτε.

Lin. 11. [Quare & lanam in medio spinarum ponunt.] Intelligit lanam coccineam, qua velatus erat caper emissarius, qui inter spinas proiicitur in solitudinem ablegatus.

Lin. 13. [Figura Iesu, Lege, figura Iesu est, &c.]

Lin. 10. [Dominari illius.] In textu Græco, κυριεσθε, deest, αὐτος, id est, illius; nempe εἰλον, id est, lanæ. Dominari illius, id est, habere illam in potestate, cum nimirum de spinis sublata fuerit.

I in 21. [Sic, inquit, &c.] Nempe Iesus. Non profertur hic certus aliquis Euangeli locus, sed sensus multorum Christi dictorum de tribulationibus preferendis ab eis qui sunt æternæ vite stu-

diosi, vt: *Arcta via est quæ ducit ad vitam, qui vult venire post me, &c.* Et similia, quæ passim in Evangelio reperiuntur.

Lin. 24. [Et multa pati accipere.] Lege, & multa patientes accipere me, vt in textu Græco. Sensus ergo est: quemadmodum is, qui vult accipere lanam spinis inuolutam, id præstare prius non potest, quam spinarum aculeis pungatur. Sic nemo Christo frui poterit, qui prius pro illo dura & acerba multa non pertulerit, iuxta illud Pauli: *Per multas tribulationes, oportet nos introire in regnum cælorum.*

Lin. 26. [Quam autem figuram putatis esse.] aliam profert passionis Christi figuram, quæ est de aspersione cineris vitulæ rufæ.

Lin. 28. [Quia præceptum est populo Iudeorum, &c.] Numer. 19. Iudeis præcipitur, vt adducant Moysi vaccam sine macula, quæ non portauerit iugum, vt sacerdos immolet eam extra castra, & combustis eius carne, sanguine, fimo & pellibus cum ligno cedrino, hyssopo, & coco bis tincto vir mundus collectos cineres ponat in loco purissimo extra castra: *Vt sint multititudini filiorum Israël in custodiam, & in aquam aspersionis: quia pro peccato vacca combusta est,* inquit Moyses. Tandem præcipit, vt aqua super cineres in vas infusa, mundus homo asperget hyssopo eos, qui mundandi sunt, de quibus eodem capite agitur. Eiusmodi aspersionem tangit Paulus ad Hebr. 9. *Si cinis vitulæ aspersus, &c.* Ita Moyses: sed Barnabas quasdam circumstantias, quæ ex traditione obseruantur, addit: 1. quod

vacca illa à peccatoribus deberet offerri, id est, adduci ad offerendum. 2. Quod pueri mitterent cinerem in vase fictilia; 3. Quod iidem lana coccinea & hyssopo ligno circumligatis vterentur tanquam aspersorio. Philo Iudæus libro de victimis offerentibus, ait cornua etiam atque intestina vaccæ comburi solita, quæ non exprimuntur num. cap. citato, sanguine prætermisso, qui debet etiam comburi ex cap. citato: additque circumstantia, quando ligna debeant cedrina, cum hyssopo, & coco bis tincto in ignem iniici, nimis rufam iam subsidente paulatim flamma: κελθει, inquit, δάμαλιν πυρρὸν ἀγέντον αὐχεῖσθαι σφαγιαδίης οὐδὲ ἔξω πόλεως, τὸν δὲ σόχιερά λαμβάνοντα ταῦτα αἷματος ἐπιρράγειν αὐτήν περιέφερε. Εἴθ' ὅλων κατασκεψειν οὐδὲ δορῶν, τὰ κέρατα, τὰ πλάτετα, τὴν κοιλίαν φεύγειν. Ηδη δὲ ταῦτα αὐτονόμους τῆς φλεγέσεις τὸ μεσοχτόνιον τεία ταῦτα εἰμιστάτει ξύλον κέδρινον, θαυματόν, τὰ κύμινα κελθεῖν. lege κρίκινον. id est, præcipit enim lex vaccam rufam indomitam maestari extra pomerium, deinde pontificem desumpto eius sanguine septies eum contra templum aspergere, tum totam exurere vnam cum pelle, cornibus atque interaneis, iamque subsidente paulatim flamma in medium hæc tria superiniici lignum cedrinum, hyssopum, cuminumque. Redendum tamen erat, *coccinumque*, iuxta caput 19. num.

Pag. 28. lin. 6. [Tollere tunc cinerem pueros.] In cap. 19. num. dicitur generatim hunc cinerem tolli ab homine mundo.

Lin. 8. [In vasæ fictilia.] Hæc circumstantia vasæ non exprimitur, ex quo satis patet, id quod supra diximus, videlicet non fuisse omnia à Moyse expressa.

Lin. 9. [In ligno.] In textu Græco deest, τὸ ξύλον, id est, ligno, sed restituendum, ut ex sequentibus clarum est. In capite citato, num. sola sit hyssopi mentio ligno & lana coccinea prætermisssis.

Lin. 12. [Circa singulas turbas popul.] Hæc generaliter dicuntur, sed distributiue de his qui polluti fuerant, intelligenda sunt.

Lin. 16. (In similitudine.) In textu Græco legitur, ἀπλότητι, male, lege ἡμιοτητι, id est, in similitudine.

Lin. 18. (Vacca erat Iesus.) In textu Græco, ὁ μέγας ὄντος ἔστιν Ιησοῦς · id est, vitulus ille Iesus est, cum supra scriptum sit, θαυματηρ, id est, vaccam: Sed puto retinendum esse vocabulum μόχος, & exponendum, vitulus, expuncto pronomine αὐτοῖς, qui non extat in versione Latina hoc pacto; Vitulus est Iesus: & positum esse vocabulum à Barnaba, ut Christo conuenientius. Quod satis liquet ex sancto Hieronymo in caput quadragesimum tertium Ezechielis, ubi huius epistolæ profert auctoritatem, quæ de nullo alio eius loco, quam de hoc intelligenda est. Vitulum autem qui pro nobis immolatus est, & multa Scripturarum loca, & præcipue Barnabæ epistola, quæ habetur inter Scripturas apocryphas, nominat.

Lin. 22. (Ad victimam.) In textu Græco hæc sequuntur, quæ non extant in interpretatione Latina: Εἰπε οὐκετὶ ἀδρεπες, οὐκέτι αἱρετῶν οὐδὲξα. Sed puto legendum: Εἰπε οὐκετὶ ἀδρεπες αἱρετῶσι, οὐκέτι αἱρετῶν οὐδὲξα · id est, deinde non amplius homines peccatores, nulla amplius peccatorum opinio, quæ nihil aliud sibi volunt, quam quod Christi passione peccatum deletum sit.

Pag. 29, lin. 3. (Testimonium.) Lege, in testimonium Iudeorum, adde ad prædicandum: Quare tres pueri aspergentes in testimonium Abrahā, Iaac, Iacob, quia hi magni apud Deum, ut in textu Græco.

Lin. 25. (Quare ergo.) In textu Græco legitur, οὐδὲ· sed legendum, οὐδὲ πιστό.

Lin. 6. (In ligno est.) Adde, ut in textu Græco: Quia regnum Christi in ligno est.

Lin. 7. (Quia qui.) Lege, quare qui, ut in textu Græco.

Lin. 11. (In regno illius.) Id est, in Ecclesia Christi.

Lin. 12. (Dies erunt nequissimi & folidi.) Ob variastentationes, & persecutiones. Quibus, lege, in quibus. In textu Græco additur ἐμέτεις, sed l. ἐμεῖς · id est, nos. Sanabimur. In textu Græco hæc sequuntur: οὐτοις αλλαγῶν τοῦ Κριστοῦ οὐτοις πονουτούσι. ubi lege τοις πονουτοις υποβάθρῳ · id est, quia is qui carne folidatur, hyssopo sanatur, nempe in lege Moysis, quæ erat tantum ad emundationem carnis.

Lin. 16. (Dum sic fiunt.) Clarius exposuisset.

Quæ sic facta sunt. Nobis lucida. supp. sunt. Sensus autem est. Eiusmodi figure nobis Christianis planè sunt, & manifestæ: Iudeis vero, qui solum Scripturæ corticem spectant, obscuræ.

Lin. 27. (*Dicit autem de auribus.*) Caput est huius prioris partis de circumcisione auris & cordis, reprobata carnis circumcisione.

Pag. 30. lin. 9. (*Circumcidite aures vestras.*) In textu Græco legitur: *Circumcid te corda vestra*, male: Nam omnes qui sequuntur loci, spectant ad auriū, non ad cordis circumcisionem. Locus tamen sub hac verborum formula non habetur in Scriptura. Videtur tamen locus sumptus ex Hierem. 6. *Ecce incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt.* Nam quod dixit Prophetæ per querimoniam, protulit Apostolus, imperando: ut supra: Vbi Zacharias dixit: *Percute pastorem, & redditur sensus, non verba.*

Lin. 12. (*Audi Israel, quia hæc dicit Dominus Deus tuus.*) Hæc verba simul posita nusquam repereris in Scripturis: sed ex diuersis locis congregata sunt.

Lin. 16. (*Quia qui vult vivere in perpetuum &c.*) neque ista in tota Scriptura legeris: sed puto respicere eum ad ista ps. 33. *Venite filii, audite me; timorem Domini docebo vos: qui est homo, qui vult vivere, & diligit dies videre bonos?* reddito sensu, non verbis.

Lin. 21. (*Quia Dominus locutus est.*) In textu Græco additur: *Hæc in testimonium.*

Lin.

Lin. 23. [*Audite verbum Domini principes populi huius.*] Esa. cap. 1. [*Audite verbum Domini principes Sodomorum.*] Ita Prophetæ appellat principes populi Israel ob peccatorum grauitatem. Sed Barnabas vocem odiosam mutauit, ne Iudeos exacerbaret, proferens sensum, non verba. Aut certe respicit ad illud Micheæ cap. 3. *Audite principes Jacob, & dices domus Israël, nempe verbum Domini.*

Pag. 31. lin. 4. [*Credamus.*] In textu Græco hæc sequuntur, quæ in Latina interpretatione desiderantur: *Circumcisio enim in qua confisi sunt, abrogata est.*

Lin. 7. (*Præterierunt.*) Id est, prævaricati sunt, transgressi sunt. Et psalm 148. *Præceptum posuit, & præteribit.*

Lin. 11. (*Hic inuenio legem nouam.*) Græca corrupta sunt, sed lege: ἀδελφοί κατατεῦτε νέαν. In textu Græco Hieremiac, νεωτερεῖς νεωτεραῖς id est, nouate vobis noualia. Apud sanctum Cypriani libro 1. de testim. *Renovate inter vos nouitatem.* Sed more suo sanctus Barnabas sensum posuit, non verba.

Lin. 13. (*Væ illis qui seminant in spinis.*) Hæc corrupta sunt in textu Græco: lege, vt apud Hieremiam: οὐ μὲν ταπεινὸν ἐπὶ ἀργυρῷ id est, & non seminante in spinis.

Lin. 14. (*Circumcidite nequitiam de præcordiis vestris.*) Interpres Latinus dixit nequitiam, iuxta Symmachum, qui ita vertit, vt testatur sanctus Hieronymus in hunc locum: *Symmachus posuit, purificami-*

T

ni Domino, & auferte malitias cordium vestrorum. In textu Græco legitur, Σοληνὴ τῆς καρδίας· id est, duritiam cordis. Quod uno verbo dixerunt Septuaginta interpretes, σοληνεκαρδία, quod idem sonat. In textu Græco additur, καὶ τὸν πέραγμαν ὑπό, οὐ μὴ σοληνίσῃται· id est, & collum vestrum ne induretis, quod non extat apud Hieremiam: est tamen apud Philonem libro de offerentibus victimas: καὶ τέλεσθαις, φοινικῶν μη σοληνὴς ἔσται· id est, & collum, inquit, vestrum durum non sit. Ad locum Hieremiæ hæc preclare annotat Philo Iudæus libro citato: οἱ νοῦτοι, φάσκων, αἰτημένοι τὰς σοληνεκαρδίας, τὸ δὲ δέ, ταὶς αἰτηθαῖς φύσις τῷ ἀγριεστικῷ, ἃς εἴ διεψοι τὸν παθῶν ἕραγχον, καὶ σωματικὸν ὄφεον· id est, quos monet, dicens: circumcidite duritiam cordis vestri, hoc est, superflua mentis germina prognata: & coalita ex immoderatis affectibus: & sanctus Augustinus libro de spiritu, & littera ad Marcellinum cap. 8. Circumcisionem autem cordis dicit puram scilicet ab omni illicita concupiscentia voluntatem. Et sanctus Hieronymus in capite 48 Ezech (or circumcidimus cultello Dei, & auferunt de corde nostro præputium, quando turpes cogitationes nequaquam exirent de corde nostro, nec de nobis dicitur: impugnatum est cor populi huius, & auribus suis grauiter audierunt. Hic autem iuxta sanctum Hieronymum in cap. 6. Hieremiæ, notandum est, quod circumcision tribus generibus in Scripturis appellatur in præputio, corde, & auribus. Additur quarta à Rabbi Akiba, quæ est auris. Præputii circumcision habetur Genes. 17. Et circumcidetis carnem

præputii vestri, cordis: Deuter. cap. 10. Et circumcidetis præputium cordis vestri: auris, Hierem. 6. Ecce incircumcisæ sunt aures eorum. Et Actor. cap. 7. Dura ceruice & incircumcisæ cordibus & auribus; oris, Exod. 6. Ego incircumcisus labiis.

Lin. 21. ( Omnes nationes sine circumcisione corporis sunt.) Hic locus habetur, cap. 9. Hierem. Omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israël incircumcisæ sunt corde suo.

Pag. 31. lin. 1. ( In signum.) Gen. 17. Et circumcidotis carnem præputii vestri, & erit in signum testamenti inter me & vos. Quod non tantum esset in signo populo Iudaico circumcision, sed etiam delet peccatum originale, ut communiter docent Scholastici Theologi. Plura circumcisionis commoda profert Philo Iudæus tractatu de Circumcisione.

Lin. 2. ( Sed & Iudæus.) Lege, sed & Syrus, ut in textu Græco. Nam iam hic loquitur Apostolus de aliis populis, qui præter Iudæos circumcisi erant: ut erant multæ vicinæ Iudææ & Palæstinæ gentes, quemadmodum testatur Sanctus Epiphanius libro primo contra hærefes tom. 2. numer. 30. Et sacerdotes Aegyptiorum circumcisionem habeant. Ἀλλὰ καὶ Σαρακενοί, οἱ καὶ Ιουδαῖοι καὶ ιουδαῖοι ἔχοντο, καὶ Σαμᾶῖται, καὶ Ιουδαιοί, καὶ Ιδυμαιοί, καὶ Ομηρῖται. Divius Hieronymus in capite nono Hieremiæ: Multarum ex quadam parte gentium, & maxime, quæ Iudeæ & Palæstinae confines sunt, usque hodie circumciduntur: & præcipue Aegyptii Idumai, Ammonitæ & Moabitæ, & omnis regio Saracenorum, qui habitant in solitudine,

&c. Iuxta illud Hierem. eodem capite : Ecce dies veniunt, dixit Dominus, & visitabo super omnem qui circumcisum habet præputium, super Ægyptum, & super Iudam, & super Edom, & super Ammon, & super Moab, &c. Nec est quod sequentia nos perturbent: quia omnes gentes habent præputium, hunc enim iuxta sanctum Hieronymum habent sensum: Cum præter Ægyptios, Idumæos, Ammonitas, Moabitæ, & Iudaæas in solitudine commorantes, quorum pleraque pars circumcisæ est, omnes aliae nationes incircumcisæ sunt carne, omnis domus Israel incircumcisæ est corde, non carne. Quod ad Syros spectat, Herodotus in Euterpe ait circumcisos fuisse, etsi Iosephus libro primo contra Apionem id de solis Iudeis interpretetur: quamvis enim, soli Iudei omnium, qui habitant Palæstinam, circumcisæ essent ætate Iosephi, nihil obstat, quin alii Palæstine incole tempore Herodoti circumcidarentur. Vbi etiam duas Syrorum gentes Herodotus distinguit, unam eorum, qui habitant in Palæstina, alteram eorum qui iacent ad Thermodoontem & Parthenium fluvios, quos ait etiam esse circumcisos.

Lin. 3. (Et Arabi.) Arabes olim circumcisioni obnoxii fuere, ut sunt Moabitæ & Idumæi, & Saraceni, ut clarum est ex loco sancti Hieronymi supra citato, id docet sanctus Ambrosius annot. in Leuit ad Constantium. Reperimus autem in historia veterum, non solum Ægyptios, sed etiam Æthiopum & Arabum, & Phœnicum aliquos circumcisione erga suos usos. Et auctor libelli de circumcisione inter opera

sancti Cypriani: Inter omnia testamenti veteris sacramenta nihil circumcisione solemnitus, antiqua celebrauit religio: nec tantum in Hebræos, sed etiam in Phœnicas & Arabes hæc traditio incoleuit. Et sanctus Epiphanius libro primo aduersus heres tom. 2 inter eos qui circumciduntur, recenset Homeritas, qui sunt Arabiæ populi. Idem docet Philostorgius lib. 3 hist. Eccles. cap. 4. aitque octauo die circumcidit: At Iosephus libro primo antiqui. cap. 13 ait post annum decimum tertium circumcidit. Aegæos δέ μετατοπισαντας.

Lin. ead. (Et omnes sacerdotes idolorum.) Quod intelligendum est, maxime de sacerdotibus Ægyptiorum, Arabum, Æthiopum, & similium Artapanus apud Eusebium libro nono de præparatione Euangelica cap. 27. Æthiopes autem ipsi etiam si hostes, tam proper suum an: mo in Moyzen fuisse, ut ipsi quoque circumcisionis ab eo ritum acciperent, οὐ μόνον δὲ τούτους, οὐδὲ τὰς ἵρεις ἀπὸ τῶν ιερῶν: id est, non solum illos, sed & omnes sacerdotes. Iosephus libro secundo contra Apionem agens de sacerdotibus Ægyptiorum: Hec enim duo dicunt sibi net ab initio à regibus esse præcepta, ut deos colant, & sapientiam diligant, quod illi facere præcipue iudicantur. Εἰσὶν τὸν αὐτὸν τετραπλόκαρπος, οὐ γειών απέχει τοις Ερυθραῖς. id est, illi igitur circumciduntur omnes, & abstinent à carnis suis. Et Philo Iudeus tractatu de circumcisione, afferens rationes, cur diuersæ nationes circumciduntur, ait: οὐ περιττὸν τὸ δί' ὅτε τὰ σωματος καταεγήματα τὸ αρμάτιον τὰς εἰς επανάρητην id est,

alteram, vt totum corpus sit purius, nec impedit officia sacerdotalis ordinis. Et sanctus Epiphanius loco citato: οὐδὲν ἀπολαθεῖται, οὐ μαρτύρις, lege iepis Aiγυπτίων πειρατῶν ἐχριστοῦ id est, & idololatriæ & sacerdotes Aegyptiorum circumcisionem habent.

Lin. 5. [Et Aegyptii.] Male hæc vocabula transferuntur in textu Græco: adde tamen, vt in textu Græco, in circumcisione sunt. Aegyptios olim circumcisione ylos esse clarum est ex Herodoto loco citato: μοῦνοι δὲ πάρτων Κόλχη, καὶ Aiγυπτίοι, καὶ Aἴθιοις πειρατοῖς απὸ Δρυὸς τὰ αἰδία. id est, soli Colchi, & Aegyptii, & Aethiopes ab initio pudenda circumcidunt: sancto Clemente lib. i. recognitionum: Inde denique & Indorum quidam, & Aegyptiorum circumcidi didicere, ac purioris obseruantiae esse, quam ceteri. Philone Iudæo tractatu de circumcisione: ηλαττον τῷ θυντῶν πειρατῶν περιτομὴν αποδεῖ. Σοῦνον οὐ μετέιας, καὶ πρὸ ἐπεργίᾳ θεοῖς, καὶ μαλιστὶ & Aiγυπτιαναῖ. id est, Ridetur maiorum nostrorum circumcisione, quamvis non in mediocri honore habita sit apud alias gentes maxime Aegyptiam, &c. Diodoro Siculo libro primo Bibliothecæ cap. 2. & lib. 3. cap 3. Origene libro quinto contra Celsum: Sed nec ideo sanctiores sunt ceteris, quia circumciduntur, hoc enim priores fecerunt Colchi & Aegyptii: Et infra. Ceterum circumcisionis causa non eadem est Iudeis, quæ Colchis & Aegyptiis. Sancto Ambrosio loco citato: Vnde Pythagoras cum esset in Aegypto, vt in Aegyptiorum adita secretiora admitteretur se ab illis cir-

cumcidi passus est, vt refert Clemens Alexandrinus libro primo Strom. Thales autem cum esset Phœnix genere etiam cum Aegyptiorum Prophetis congressus esse dicitur: καὶ θάρσος καὶ Πυθαγόρας αὐτοῖς γε τούτοις διοῖς πειρατῶν, ίνα δὲ καὶ Εἰς τὰ ἄδυτα κατελθάν, τὰς μυσικὰς ποτὲ Aiγυπτίων σχηματοφίας. id est, sicut & Pythagoras cum iis ipsis, propter quos est circumcisus, ut in adyta admissus mysticam Aegyptiorum disceret philosophiam. Sed & multæ aliæ gentes verenda olim circumcidebant, vt AEthiopes, Troglodytæ, Phœnices, Colchi, & Macrones, vt videre est in auctoribus supra citatis. Hoc etiam de Troglodytis & Aegyptiis testatur Agutharcides lib. 5. c. 3. in Bibliotheca Photii num. 250, τὰ δὲ αἰδία τοῖς αὐτοῖς Τρεψαντοῖς οὐδὲν Εἰρουέντων πειρατεύεσθαι, καὶ ιδοὺ Αιγυπτίοις ποιήσεις. id est, verenda circumcidere Troglodytis more est receptum, vt cuncti solent Aegyptii: Et Diodorus Siculus, libro tertio capite tertio.

Lin. 7. (Quos dicit filios Abrahæ de omnibus gentibus.) Hæc corruptæ sunt: sed pro iis lege: Ergo discite, filii, de omnibus abunde, iuxta textum Græcum.

Lin. 9. (Quia Abraham primus circumcisionem dedidit.) Contrarium docent Herodotus libro secundo, & Diodorus Siculus libro primo Bibliothecæ cap. 2. qui scribunt circumcisionem ab Aegyptiis ad Iudeos, ceterasque gentes manasse, sed hoc à nemine Christiano assertumiri arbitror. Et sane ex scripturis satis liquet, quam vanis sunt non-

nulli ethnici scriptores, qui sibi haud satis comperta alios docuere voluerunt.

Lin. 12. (*Quod prospiciebat.*) Deleto, quod, lege prospiciens, vt in textu Græco.

Lin. 13. (*In Iesum.*) Rectius, quam in textu Græco, vbi legitur, Εἰς τὸν ϕόνον id est, in filium: Sed post τὸν Iesum, lege, vt in textu Græco, lege: accipiens trium litterarum doctrinam, nempe T, I, & H, vt mox videbitur: Nam ex mystico numero circumcisorum probat Abraham Iesum in Spiritu prospexit, & hoc mystico numero Iesum, & Crucem fuisse prefigurata. Sed quia Græca corrupta sunt, lege demptis quibusdam superfluis, οὐαὶ γελάθας Εἰς τὸν Ἰησοῦν, καὶ τοις ἡγαμμάτων οὐαὶ γελάθας τοῖς πεποιημένοις τῷ δέκατῷ οκτώντῳ τῷ τοῖς δυοῖς γελάθαις οἰδη στρατού, οὐαὶ οκτώντῳ, τῷ Ιησοῦν: cætera plaria sunt.

Lin. 14. (*Homines trecentos decem & octo.*) cap. 17 Genef Vbi describitur eiusmodi circumcisio, hic numerus non habetur: sed quia Gen. 14. dicitur Abraham ad liberationem fratris sui Loti amasse trecentos decem & octo vernaculos suos, eo quod tot haberet, hunc numerum posuit sanctus Barnabas.

Lin. 16. (*Quia primatum trecenti sunt, &c.*) Hæc sunt valde corrupta & intricata, lege ergo: Scitote, quia decem & octo primo, tum trecenti sunt: & distinctione facta dicit decem & octo: In duabus literis, Iota decem, & Ita, octo habes Iesum Quia vero crux in Tau, \* id est, \* incipiebat habere dominum, tunc dicit, & trecentos. Ha- bens

bes igitur Iesum in duabus litteris, & in una littera Tau, crucem, &c. Græca vero sic castiganda arbitror: μαρτυρίους δεκαοκτωνούς τοις τετρακοσίοις τῆς δέκατης πεποιημένης τῷ δέκατῷ οκτώντῳ τῷ τοῖς δυοῖς γελάθαις οἰδη στρατού, οὐαὶ οκτώντῳ, τῷ Ιησοῦν: cætera plaria sunt.

Lin. 19. [Habes in duabus literis Iesum.] Ita Clemens Alexandrinus loco citato: οὐαὶ ιῶντα καὶ οὐαὶ παῦροια σημεῖον τῷ σωτηρον. id est, Iota vero & Ita nomen significare Salvatoris. Eadem mens fuit Valentini hæretici, in quo saperet, si eiusmodi litterarum interpretatione non abuteretur ad suam hæresim. Dicebat enim, vt refert sanctus Epiphanius libro primo aduersus hæreses tom. 2. num 14. Δικαιολογησούσθω τῷ ἀνόμιας αἵτιοι, Ιεροῦ, δύο γελάθαις τῷ τε ιῶντι, τὰ τὰ οὐαὶ τοῖς δεκαοκτωνούσι τοῖς πλην δεκατονταών: id est, per primas nominis illius, Iesu, litteras iota & ita octodecim æonas, siue sæcula præclare significari. Cum enim ille statueret triginta æonas, residuos ex dodecade, octodecim dicebat per duas priores nominis Iesu litteras iota, & ita significari. Porro de trecentorum, & octodecim numero, iuxta nostram explicationem capiens est locus Prudentii in præfatione Psychomachia, vbi eamdem historiam enarrat.

Vigilandum in armis pectorum fidelium,  
Omnemque nostri portionem corporis,  
Quæ capta fideæ seruiat libidini,  
Domicoactis liberandam viribus.  
Nos esse large vernularum diuites,

*Si quid trecenti bis nouenis additis  
Possint, figura nouerimus mystica.*

Hæc nihil aliud dicunt, quam pugnandum esse cum vitiis, nobisque satis esse vernularum, si nouerimus, quid hoc mystico numero significetur, nempe crucem & Iesum.

Lin. 20. [In quibus.] Hæc vocabula redundant.

Lin. 22. [Dominii.] In textu Græco χάρις. Hesychius, χάρις, δόρεια · id est, donum: Per donum autem hoc loco S. Barnabæ, intelligenda est mystica significatio.

Lin. ead. [Tunc dicit & trecentos.] Ita Clemens Alexandrinus libro sexto Stromi. της ιδίας οὐκχρεῖ τὸν δισθυγας, καὶ ἐπέξελθων, πάμπολον δισθυρὸν πολεμών χρειστας φασιν σὺν ἑταῖροι τῷ μὴ κυριακοῦ σημείῳ τὸ ποτε κατὰ τὸ χρῆμα τὸ τελεκοινιστὸν σοιχεῖον · id est, trecentis vernaculis suis numeratis hostes aggressus vicit maximum eorum numerum. Dicun ergo esse Dominici signi typum, quoad figuram, elementum, quod significat trecentos. Et diuus Augustinus, quæst. 37. in librum Iudicum exponens illud Iud. 7. *Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os proiiciente lambuerunt aquas, trecenti viri,* docet trecentos per litteram T, significari: *Quorum, inquit, numerus, quia trecenti erant, signum insinuat crucis propter litteram T, Graciam, qua iste numerus significatur:* Recte dixit, *Graciam* & de illa, non de Hebraica intelligendus est S. Barnabæ locus, quia littera Tau Hebraica, non trecentos, sed quadringentos significat. Ne quis autem existimet eiusmodi my-

sticas numerorum significaciones nutricularum nārias esse, adeat ipsum Augustinum libro secundo de doctrina Christiana cap. 16. Et videbit quantum conferat ad sacrae Scripturæ notitiam, numerorum notitia.

Lin. 24. [Hibens in una littera T AV crucem.] Luxta formiam Græci characteris, T, littera crucem significat, vt docet Tertullianus libro tertio contra Marcionem exponens hunc locum Ezechielis cap. 9. *De qua Ezechielis, dicit Dominus ad me, pertransi medio portæ in media Hierusalem, & da signum Tau in frontibus virorum. Ipsa est enim littera Gracorum, Tau, nostra autem, T, species crucis, quam portendebat futuram in frontibus nostris apud veram & Catholicam Hierusalem, in qua fratres Christi filios Dei gloriam patri Deo relatueros psalmus vigesimus primus canit.*

Pag. 23. lin. 1. [Naturale.] In textu Græco οὐφυτον · id est, insitum, firmiter radicatum, vt supra.

Lin. 3. [Arctius.] In textu Græco ἀντωπερον · id est, magis propriæ, familiarius, Hesychius · γνήσιος, ιδητος, οικεῖος · id est, proprius, familiaris.

Lin. 10. [Quare autem Moses dixit.] Transit ad caput 8. de cibis à lege prohibitis, eorumque mysticam explicationem enucleat.

Lin. 12. [Porcinam.] Glossæ veteres : *Porcina γελα.*

Lin. 13. [Accipitrem.] In Græco, ὁξύπερον · id est, volatu celerem, alias ὀρυζόπερον, id est, παχυπέρον, volatu celerem, apud Suidam. Vtrumque vocabulum idem significat: Nec ὁξύ tantum acutus

dicitur, sed ὁ περνίς, Pernix, velox, in glossis veteribus. Ita sanctus Augustinus libro secundo de doctrina Christiana cap. 12. Sicut quidam codices habent: acuti pedes ad effundendum sanguinem: ὁξεῖς enim apud Græcos & acutum, & velocem significat. Ille ergo videt sententiam, qui transtulit, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, ὁξεῖς ergo hoc loco Barnabæ est volatu celer, & pro accipitre usurpatur.

Lin. 23. [ Ergo non est mandatum Dei ne manducent.] Imo si manducassent escas prohibitas, haud dubie peccassent: & reuerahas de cibis interdictis leges obseruare tenebantur Iudæi. Quare verba S. Barnabæ ita capienda sunt, quod etsi Deus velle mandatum obseruari, tamen potius desiderabat, vt ea quæ spiritualiter lex desiderabat, facerent: vt cum dicit Propheta: Misericordiam volo, non sacrificium, non quia Deus sacrificium respueret, sed quia misericordiam potiorem sacrificio iudicaret.

Pag. 34. lin. 3. [ Luxuriant.] In textu Græco, αὐταλάδη, id est, in delitiis viuunt. Hesychius αὐταλάδη, τευφᾶ, id est, in delitiis viuit; Glossæ veteres αὐταλάν, lascivia, delicia, αὐταλας, delatus, αὐταλαδ, delicias ago. Vide notas nostras ad Concordiam regularum cap. 48 §. 15.

Lin. 16. [ Qui nesciunt per laborem & sudorem, &c.] eamdem explicationem profert Hesychius in cap. 11. Leuit. Rapaces & cibum alienum male sectantes, quaestibusque iniustis gaudentes per predicta significat.

Lin. 23. [ Quem spolient: sed & istæ aues sole sibi non acquirentes escam. ] Hæc defunct in textu Græco,

sed restituenda hoc modo: εἰσήνε συλλόγοι· εἰσήνε τὸν τε τὰ πετεινὰ μόνα οὐκ εἴδεσι πολλὰ τὸ Θριό.

Pag. 35. lin. 3. [ Non manducabis, inquit Murænam.] Muræna inter cibos immundos non explicite recensetur à Moysè 11. Leuit. & 14. Deut. Sed quia non habet pinnas & squammas, & in fundo natat, iuxta Moysis doctrinam immunda creditur. Vnde multa in hoc capite dicuntur à Barnaba tantum ex Scripturæ sensu. Muræna ferunt coire cum viperæ. Oppianus libro primo Halieutico, Horus libro secundo, Aelianus libro primo de animalibus cap. 50. Dubitat Nicander in Theriacis. Negat Andreas in libro de his quæ falso creduntur apud Athenæum libro septimo cum Muræna in locis, cœnōsis versetur, vt viperæ in solitudinibus nemorosis.

Lin. 5. [ Polypum. ] Piscis est à multitidine pedum nomen habens: Habet enim octo cum acetabulorum ordine dupli, quorum beneficio ori cibum admouet, oculos supra duos pedes habet, os & dentes in pedum medio, ait Aristoteles apud Athenæum libro septimo, fugiens ob metum, colorem mutat ad similitudinem loci, in quo se occultit, vt referunt Athenæus, Aelianus libro primo de Varia hist. Ouidius in Halieut:

Et sub lege loci sumit, mutatque colorem.

Semper ei similis, quem contigit.

Oppianus in Halieut. lib. 2.

Πουλυπόδων οὗ πέποντις οἴομεν ἔμποροι

Τεχνης, οἱ περιποιοι ομοίοι ιδεύλλονται.

Τινὲς καὶ ποτὶπλέξωσι,

Id est, Polypodium astutiæ neminem arbitror esse ignarum, qui similes scopolis finguntur, quemcumque amplexati sint. Theophrastus Polypodem inter animalia, quæ colorem mutant, recentet: causam refert eiusmodi, ὃ δὲ πολύποδες θοκεῖς πνεύματι ποιεῖ τὰς μεταβολάς. πνεύματιν γένος φύσης. id est, Polypus videtur anhelitu mutare colorem: est enim natura flatuosus apud Photium Photium in Bibliotheca num 278. Dicitur de his qui moribus se regionis alienæ accommodant. Clearchus libro secundo Prouerbiorum apud Athenæum libro citato.

*Polypi, mi fili, Amphiloche Heros, mentem habet.  
Et ad quorum gentem veneris, te iis accommoda.*

Dicitur etiam de hypocrita, simulatore, & versipelle. Hieme cibo carens suos pedes rodit, qui verno tempore renascuntur: Athenæus libro citato. AElianus libro decimoquarto de animalibus cap. 26. Orus libro secundo Hierogl. αἰεῖνος γένος εἰσὶ πνεύματος Θεοῖς τῆς ἀπὸ θεῶν, τὰς ιδίας πλεκτράς εἰσι. id est, ille enim si alienis escis indiget, sua brachia rodit. Oppianus libro citato.

Αλλ' οἵ γλαυγέρχοντις αὐτοῖς θαλαμοῖς  
Πτηξάντες δακτυλιοὺς πόδας ήντε Κερκη  
Αλοπέδια. οἱ δὲ οὓς χρέοδητες αἴλαντες  
Φύονται.

Id est. Sed ipsi quidem canis insidentes cubilibus tepidi depascuntur suos pedes, tanquam carnes alienas, qui rursus suos, cum satiarint dominos, re-

nascuntur. Vnde prouerbium apud Suidam & Hesychium: πολύποδες θοκεῖς εἰσὶ πνεύματα. id est, seipse instar polypodis deuorans, quod potest dici de inuidis, & melancholicis. Carneades dicebat dialecticam esse polypodi similem. Vti Polypus enim suos cirros auctos deuorat; ita dialecticos iam peritiores factos suas opiniones refutare refert Stobæus serm. 80. Breuioris est vitæ, quæ annum non excedit, mas ob vehementioreni coitum, ob quem viribus resolutis, aliorum etiam minimorum pisciculorum præda factus interit: femella ob difficilem partum, quod oua simul coherentia in modum vuæ per angustum meatum emittat, ait Oppianus libro citato, qui tandem concludit.

Τούτους καὶ λυχεῖδας τοιερπάτονού ποτε μέτε  
Πολύποδες ζώοισι, ἀποφθίοντος γένος αἰτία  
Αιτοπάτος γάμοισι, καὶ δροπάτοις τύχοισι.

Id est, quapropter ultra anni mensuram Polypodes non vivunt, sed pereunt semper difficillimo concubitu, & difficillimo partu, idem docet AElianus libro sexto de anim. cap. 28. qui ideo πολύποδες ἀκρατεῖσται τῷ ιδίῳ, id est, libidinosissimum piscium appellat. Polypus adeo firmiter adhæret scopulo, ut vix inde auelli possit à Muræna hoste, nec id fit prius.

Εἰσόκεν αὐτοῖς.

Δείποντας μετῶντις κοτολήθεις ἐμπεφυῖαι  
Id est, quam ipsa relinquuntur sola acetabula infixa, sumitur pro homine rapace, tenace, & avaro. Vnde Plautus in Aulularia.



Ego istos noui polypos, qui, ubi quid tetigerint,  
tenent.

Plura vide apud Athenæum libro citato.

Lin. 6. [Sepiam.] Sepia piscis octo pedes habet promiscidas duas, quibus veluti lino pisciculos piscatur. Inter pedes & promiscidas, os & oculos habet, dentes duos, alterum infra, alterum supra, ut docet Aristoteles apud Athenæum libro septimo, persequente piscatore effundit introrsum liquorem nigrum atramento similem fugere simulans, ut aqua turbata eludat piscatorem, ait Athenæus ibidem: & Alianus libro primo de animalibus cap. 34. Horus libro secundo Hieroglyph. ἀνθρώποις οὐδὲ τῷ περιβολέανθρον εὐτελεῖς θεοῖς, τοις δέ οὐδὲποτε τοῖς κοιλαῖς θυμόσι, &c id est, si enim ipsa vidéat aliquem se volentem capere, ex alio mittit in mare atramentum. Ouidius in Halieutico.

*Sepia tarda fuga tenui cum forte sub unda  
Deprehensa est, aut iamque manus timet illa rapaces  
Inficiens æquor nigrum vomit illa cruorem  
Auertitque vices oculos frustrata sequentum.*

Nicander in Alexipharmacis:

Η αἵτε σηπιάδος φυξίλιδος, ήτε μεγαλύτε,  
Οἴδμε χολῆς δολερτα μαδοῦσ' αἰγάλεος ὄρμοι.  
Id est, vel instar sapiæ fugientis, quæ fluctus felle denigrat, ut dolosum impetum cognouit piscatoris. Oppianus libro tertio Halieutici.

*Ορφαῖας παταμισας αἱμοσιν, αἱματὶ δὲ πόντοι  
Πάντα πέιται ἐμπνει τοιμαλδων κελυθα  
Ιχθὺς αἰχλυοῖς, αἰδοῖς ἐγραπτοῖσιν ὅπωπιν.*

Id

Id est, atras guttas euomunt, circum vero mare universum, passim polluit, & obscurat sanies tenibricosa, & euerit om̄nem conspectum. Vnde à Persio Satyra 3. nomen usurpatum pro atramento.

*Tum querimur crassus calamo quod pendeat humor,  
Nigra quod infusa vanescat sepia lympha.*

Ad bimatū sepiæ vita non producitur, velut nec polypi ait Athenæus lib. 7.

Lin. 15. [Altitudinis.] id est, profundi maris.

Loporem in textu Græco, δασύποδα. ut Deuter. cap. 14 Hesychius & Suidas, δασύποδες λεγότες. id est, lepus, ab hirtis pedibus.

Lin. 18. (Non eris puerorum corruptor.) Ita etiam explicat Clemens Alexandrinus libro secundo Pædagogi cap. 10. Τάπη δέ τοι καλεοντας τούς ἐδάδης τούς λεγότες, παραδεγματας ἐμφανίζειν τοντούς. id est, εν εκارتione dum leporis esum prohibet, significat se dehortari puerorum amorem.

Lin. 21. [Quia lepus singulis annis facit ad adsellandum singula foramina.] Id est, lepori, foramen nōnum, seu anus ad alui egestionem, quotannis adnascitur. Ita docet Clemens Alexandrinus capite citato Pædagogi, καὶ τὸ λεγόντα πλεονεκτεῖν φασὶ τούς αἰφόδειον. Εἰς δὲ θηριῶν οἰς βεβίωνεν ἔποιν ιόχειαν σύντας. id est, & leporem multiplicare secessum habentem foramina pro numero annorum, quibus vixit: vbi interpres αἰφόδειον male interpretatur, venirem. Eamdem foraminum in lepore multiplicationem testatur Plinius libro octavo cap. 55. Archelaus auctor est, quot sint corporis cavae ad excrementsa

X

Lepari, totidem esse annos aetatis, qui locus est castigandus: legendum est enim, cauerna, neut. g non, cauerne, fem. Cauernum enim est foramen. Glossæ veteres τλωτην, foramen, cauernum, Aliæ Glossæ, cbernun, βύθνα, id est, foramen, b, prou, vt s̄aþe contingit in veteribus codicibus manuscriptis. Hinc etiam castigandus est locus Victorini in libro primo Rhetor. Cicer. Aquam enim per totum diem exceperunt tenuissima cauerna defluentem, & hanc maiores nostri in duodecim partes diuiserunt, ex his partibus horis numerum imposuerunt. Vbi legendum est, tenuissimo cauerne. Ibi enim agitur de clepsidris que ad distinctionem horarum aquam ex tenuissimo emittunt foramine. Aelianus libro secundo de animalibus cap. 12. κατηγορεῖ δὲ μέση τὰ ἐπιτρόπων τηναὶ οὐρανοὶ. id est, eius annos indicant foramina quædam. Hinc sit hoc animal esse salacissimum & fœcundissimum: quia concipit singulis mensibus, & superfoecitat, coit autem, & parit femella.

Ovid. ad Ovid. Amorum. Kyprian.

Id est, neque in ipsis partus doloribus recusans venerem, inquit Oppianus, libro tertio de venatione. Postquam autem peperit, statim initur, & rursus concipit adhuc lactans, ut docent Aristoteles, libro sexto de hist animal. cap. 37. Clemens Alexandrinus capite citato. Herodotus in Thalia, Athenæus libro nono, & Philostratus in iconibus, libro secundo cap. de Amoribus, quod præclare describit Oppianus his versibus, libro tertio de venatione.

Ἐπιστολὴ απὸ ποδὸς μόδιος εἰπότος  
Εὐθυνοῦ ἐν Δεσμῷ πιπελεούεντος ἀλλοὶ δὲ ἔσται  
Νόσφι τεχνὶς φρέσι· τὸ δὲ απὸ ιμιτελεσοῦ δεῖξε  
Αλλοὶ δὲ πιπελεοῦ ἔχει θεοῖς Βρέφος ὀπῆσαντο.

Id est, alius certe extra ventrem foetus proflit perfectus, aliud vero intus depilem gestat, alius porro semiperfectus crescit, aliud denique inarticulatum habet seminalem foetum aspectu. Idem docet Aelianus capite citato. Cum igitur tanta sit in bestia salacitas: Clemens Alexandrinus capite citato recte scribit eiusmodi cibi prohibitione vetari adulteria, vehementiores appetitus, mutuas congressiones, cum pregnantibus feminis conjunctiones, puerorum stupra, & alienos initus.

Lia. 23. Ad [ad sellandum.] Adsellare est egerere aluum, Gallice aller à la selle, in textu Græco, τὸ αφόδειον, id est, secessum, alui egestionem seu purgationem, & ita hoc vocabulum interpretandum in loco citato Clementis, non, venerem: quod interpres Barnabæ satis declarat, cum dixit, ad adsellandum: maxime cum Clemens ipsissima Barnabæ verba suppresso eius nomine proferat: πλεονεκτῶν φασὶν αφόδειον. Idem patet ex Iulio Polluce, libro quinto Onomastici cap. 14. vbi in titulo αἱ αφόδειοι τοὺς κατὰ γατρὶ posuit, agens deinceps de iis, quæ spectant ad ventris purgationem, ex Glossis veteribus, αφόδειο, caco: à quo vocabulo nemo est, qui non videat, τὸ αφόδειον deduci. Et clarum est ex Plinio supra, qui dixit, ad excrementa.

Lia. 27. [Nec bellum.] In textu Græco οὐαγα, id

est, Hyænam, & recta interpretatio: Glossæ veteres, ὕαινα, ξωρ, bellua. Ita ut hyæna, quæ est truculentissimum animal, κατ' ξέχιλον, dicatur bellua. In citatis capitibus Leuitici & Deuteronomii nulla est explicata hyæna mentio, de carnis tamen illius interdictione Clemens Alexandrinus, libro secundo. Pædagogi cap. 10. Moysæm citat. ἔργον γεων, οὐ πάντας Μαθητὰς ποτὲ συμβολικῶς τὸν ἀκρόποντας απορεῖται οὐδὲ τὸν ἔδεστρον, λέγων· τὸν ἄγρων, οὐδὲ τὸν ὕαιναν. id est, videte igitur, quomodo sapientissimus Moyses infrugiferam aliquando seminationem symbolice repulit: non comedes, inquiens, leporem, nec hyænam.

Pag. 36. lin. 2. [ *Hoc est, non eris mæchus, nec adulter, aut corruptor.* ] Ita Clemens Alexandrinus capite citato agens de lepore & hyæna, οὐ βούλεται τῆς ποιότητος αὐτῶν μεταλλεύειν τὸν ἀνθρώπον, οὐδὲ πλεύ τῆς τοντούς αὐτούς διπλεύτασαν, κατακόρος γάρ τοι τοῖς μητέρεis τὰ ξῶα τῶν τετολευτῶν. id est, non vult homines esse qualitatis eorum participes, neque eis æqualem gustare libidinem. Hæc enim animalia ad libidinem feruntur insano quodam stupore.

Lin. 6. [ *Quia hæc bestia alternis annis mutat naturam.* ] Id est, alternis annis sexum mutat: Id testatur Tertullianus libro de pallio: *Hyæna, si observes, sexus annalis est, marem & feminam alternat.* Horus libro secundo Hierogl. *Instabilem aliquem, neque in eodem statu permanentem, verum modo fortè & accidem cum volunt significare, ὕαιναν ξωραφοῦσσιν.*

γάρ, ὅτε μὲν ἀπίλειν, ὅτε δὲ στρέψια· id est, *Hyænam* pingunt; illa enim modo mas est, modo femina. Interpres addit ὁ serpentem, sed id minus necessarium est, quamvis sit & hyæna serpens: *Ælianu*s libro primo de animalibus cap. 25. τὸν ὕαιναν τὴν τοῦ ἀπίλειν εἰς θρόνον, τὸν διπλεύταν εἰς νεανίαν τὸν στρέψιαν: id est, hyænam, si videas vno quidem anno marem, altero videbis feminam. Ouidius 15. Metamorph.

---qua modo femina tergo

*Passa* marem, nunc esse marem miramur hyænam.

Ita docet Herodotus, Heracleotes apud Aristotelem libro tertio de generatione animalium cap 6. Oppianus libro tertio de venatione:

Θαῦμα δὲ τὸ οὐδὲν αὐταῖς στρέψιν οὐδὲν.

Αρσεῖα δὲ θύλαξις αὐτοῖς θεαταῖς λυκαβάπιτι.

Id est, miraculum etiam hoc audiui de maculosis hyænis marem & feminam mutare quotannis. Id negat Clemens Alexandrinus libro secundo Pædagogi cap. 10 ut & quod aiunt simul habere pudenda maris & femelle: οὐδὲ τὸν ὕαιναν μεταλλεύειν τὸν φύσιν πιστεύειν ποτὲ. οὐδὲν γάρ αἰδία τοιούτοις ξῶον ἀμφού ἀπίλειν τοιούτοις. Diodorus Siculus libro 32. Historiarum negat etiam Hyænis utrumque inesse sexum, & intra annum sibi inuicem coire: dicit tamen femelle adiacere quiddam simile parti virili, & mari quiddam quod referat speciem femelle: in Bibliotheca Photii n. 244. Ita docet Aristotleles capite supra citato, & libro 6. de hist. animal cap. 32. Nocte videt, die non item. Oppianus libro citato,

Oὐρανοὶ διὰ τὸν κύκλον φόδος, σχέτος αὐτῷ μετ' ἡμῖνον.  
Id est, propterea ipsi nocte lumen est, tenebræ vero post auroram. Infesta est canibus. Vnde Ecclesiastici cap. 13. οὐ πλεῖν οὐδὲν πολὺ καὶ πάντα, τοῦτο τὸ Εἰρηνεῖον πλούτον πολὺ πεπάντες. id est, quæ pars Hyænæ ad canem, quæ pax diuiti ad pauperem, quibus vobis hominum imitando insidiatur, ut scribit Aelianus libro septimo de animal. cap. 22. quibus & hyænæ pellis terriculamento est: si enim ex ea capaces feras.

Φορέσθε τούτους μέγα δεῖγμα κεφαλὴν

Καὶ στριμώνες εὐθέσασθαι πεδίους

Αὐτοῖς οὐχ ὑπέλειτο.

Inquit Oppianus libro tertio de venatione, id est, afferes magnum terriculamentum canibus: & tecum canes illis incidentem calceis non allatrant Sepulchris effossis cadavera depascitur. Sanctus Hieronymus in cap. 12. Hierem. Nunquid spelunca hyæna hereditas mea mihi: referamus ad immunditiam nocturnæ bestiæ, que viuit cadaveribus mortuorum, & de sepulchris folet effodere corpora. Imo viuis hominibus insidiatur hyæna Indica, quam Crocotam Indi vocant, clam ad ædes eorum accedens, vocemque eorum quos captu faciles norit, imitando appellat, quos foras egressos corripit, ac deuorat, ut docet Porphyrius, libro tertio de abstinentia ab animalibus. Idem narrat de Crocota Aethiopica, Agatharcides lib. 5. cap. 40.

Lin. 18. [Qui iniuriam faciunt ore suo.] Adde, ut in textu Græco: Hoc enim animal ore parit. Hanc

de hoc animali quorumdam opinionem refert Aristoteles libro tertio de generatione animalium cap. 6. Εἰσὶ γὰρ πνεοὶ οἱ λέγοντες κατὰ τὸ σώμα μήτρας τοὺς κεφαλαῖς, τοὺς τέλειούς, τοὺς τετραπόδων κατὰ τὸ σώμα πίντην, γαλοῦ id est, quidam enim dicunt ceruos, & Ibin coire ex quadrupedibus mustellam ore parere. Quod improbat ipse, & Isidorus libro duodecimo Originum cap. 3. Falso autem opinantur, qui dicunt mustellam ore concipere, aure (lege, ore) effundere partum. Sed & mustella pisces ore parit, & fœtum aliquando in aluum recipit, mox emissura, ut testatur Aelianus libro secundo de animalibus cap. 15. οἱ γαλαῖοι καὶ οἱ διά τὸ σώματος οἱ τῆς θαλασσῆς, &c. id est, mustellus, siue mustella ore in mari parit, & fœtum eodem denuo recipit, redditque eadem via viuum & in columem: cum nempe fœtus sibi à piscium occursu timens in matris aluum se recipit, quos illa reuomit metu periculi sublato, ut scribit Oppianus libro primo Halieut.

Τοὺς οὐρανοὺς ιδὺ κεφαλέστερον ἔχειν

Αμφιχάλιον κατέδεκτο κατὰ σώμα, μέσφακε δεῖμα

Χάλωνα, τόπε οὐδὲν διέπινος λαλησίαντε.

Id est, hos autem cum trementes viderit validior rem piscem, rictu aperto recipit in os, donec timor abscesserit, tunc foras eos respuit ex gula, idem scribit Athenæus libro septimo: Hinc capiens est Horus libro secundo Hierogl. Hominem cibos suos euomentum, & rursus immoderate comedentem significare volentes, ἐνυδρον γαλεὸν ζωγραφοῦσιν. Οὐτὸς γάρ οὐκέτι πλὴν διὰ τὸ σώματος τούτον μόνον δὲ καταπίει τὸν

*29. id est, aquatile mystellam pingunt: illa enim patit quidem ore; natans vero absorbet foetum.*

Lin. 22. [In spiritu sic locutus est.] Easdem etiam leges Moysi de escis interdictis, sic Nouatianus libro de cibis Iudaicis mystice interpretatus est: cuius locum, quia castigandus est, subiiciam: quid enim vult sibi lex cum dicit: Camelum non manducabis, nisi quoniam de exemplo animalis vitam damnat eneruem & criminibus tortuosam, at cum suem cibo prohibet assumi, reprehendit utique cœnosam, & luteam, & gaudetem vitiorum sordibus vitam, bonum suum non in animi generositate, sed in sola carne ponentem, aut cum leporem, accusat reformatos in feminam viros. Quis autem mystella corpus cibum faciat? sed fuita reprehendit. Quis lacertum, sed odit vita incertam varietatem. Quis stellionem: sed <sup>¶</sup> Locus maculas execratur + prædam de aliena morte quarentes: corrutus: aut quis coruum? sed versatas execratur voluntates. Pafserem quoque cum interdicit, intemperantiam coarguit: quando noctuam, odit lucifugas veritatis, quando cygnum, ceruicis altæ superbas: quando charadrium, garrulam nimis lingua intemperantiam: quando vespertilionem, quarentes tenebras noctis simul & erroris. Hæc etiam habentur apud sanctum Isidorum cap. 9 commentar. in Leuit. Sed ex Nouatiano sumpsit, quemadmodum totum illud caput, sed quibusdam amputatis, ex quo tamen quedam castiganda sunt in verbis ci-tatis, id est, restitui & manducabis, etiam ex cod. ms. Corb. nam etsi in Leuitico sit & manducabis, non tamen ita scripsit Nouatianus, qui se noluit ipsissimis scripture verbis astringere, vt videre est in

in antiquis scriptoribus, 2. lege, informem, pro, eneruem: quod ex sequentibus patet, nec elephas, cum sit animal generosum, potest esse vitæ eneruis, & imbecille symbolum. 3. Post & maculas execratur, hæc sunt interpolanda, hoc modo: *Quis accipitrem, aut miluum, aut aquilam? Sed odit raptore & violentos scelere viuentes. Quis vulturem? sed execratur prædam de aliena morte quarentes.* Et sic cuncta rite procedunt, & sensus est integer. 4. Pro, tenebras noctis simul & erroris, lege, tenebris noctis similes errores. Quod autem spectat ad illam Nouatiani interpretationem, quod Deus per vulturem execretur, prædam de aliena morte quarentes, videtur intelligenda iuxta hanc Origenis clariorem & fusiorem explanationem, Homil. 7. in Leuit. *Ego puto, & illos in hinc nominari, qui alienis incubant mortibus, & arte quadam vel fraude testamenta subiiciunt. Huiusmodi enim vultures & aquila merito appellantur, velut mortuorum cadaveribus inhiantes.*

Pag. 37. lin. 1. [Accepit autem earum trium constitutionum scientiam David, &c.] Hæc & sequentia profert ex Barnaba Clemens Alexandrinus libro secundo Strom. circa medium.

Lin. 6. [Sicut pisces eunt in tenebris.] Adde in profundo, vt in textu Græco, & apud Clementem.

Lin. 10. [Timere.] Adde & Dominum, vt in textu Græco, & apud Clementem.

Lin. 11. [Tamquam porcus.] Apud Clementem additur, πεντα γδ χρωματι, πληρωμæ dæ τοις δεκατων ου γραιεται, vt supra, id est, esuriens enim

grunnit, repletus autem non agnoscit Dominum.

Lin. 14. [Quæ sedent.] Ita in textu Græco, apud Clementem ἔπιμα id est, quæ paratæ sunt, apud quem hæc sequuntur in utroque textu Barnabæ desiderata: προτερεῖ δὲ Μωϋσῆς οὐ φάγει τὸν κέρατον, οὐδὲ τὴν ὄξυνταν, Καὶ τὸν κέρατον, Καὶ τὸν τρίχαν, οὐδὲ τὸν ἔχαλαν τὸν αὐτῷ: id est, præcepit Moyses non manducare porcum, neque aquilam, neque accipitrem, neque coruum, neque omnem piscem, qui squamas non habet. Hisque subiungit: Τοῦτα μὲν εἰς Βαρνάβαν: id est, hæc quidem Barnabæ.

Lin. 15. [Habetis consummatam de escis] Adde & cognitionem, vel quid simile. Sed & Græca corrupta sunt, quæ sic castiganda arbitror: ἐχετε τιλεῖας μετὰ τῆς βρύσεως γαλακτοῦ.

Lin. 22. [In se refrigerari.] Hæc corrupta sunt: legere ut in textu Græco: Et refrigeratus in eo latari videtur. Iuxta id quod supra dixit sanctus Barnabas: Non eris coniunctus talibus hominibus, qui cum luxuriant, obliuiscuntur Dominum.

Lin. 23. [Adhærete eis.] Quædam hic desiderantur ex textu Græco supplenda: lege igitur: Adhærete eis qui timent Dominum, qui tenent, &c.

Pag. 34. lin. 4. [Qui loquuntur æquitates Domini.] In Græco additur τὸν τηρεῖσθαι: id est, custodiendum, lege igitur: Adhærete eis, qui loquuntur æquitates Domini, & custodiunt. Philo Iudæus libro secundo de agricultura, hunc locum Moysi allegorice explicans, non abest à mente Barnabæ. οὐ δι τὸν

Ἐώνιον ἀμφοτέρων μετέχει, καὶ ταχεῖ Εὐχότας αἰδαγεδφεταῖ. ὅπισθι ἐκπεπεριττοῦ τῷ λεπτερῶν ἀποτίου ὀκτέφυγε. καὶ γὰρ ὥρεσις δύο μηνίους, καὶ μηδέτης, ἐπιδεξόδου τῷ αρίστων ἀποτέλεσ· id est, cæterum quæcumque animalia utrumque hoc habent, pura pronuntiantur merito, quando utramque iam dictam absurditatem effugerunt. Propositum enim sine memoria meditatione, iugique tractatione rerum bonarum, bonum imperfectum est. Et Nouatianus libro de cibis Iudaicis: Mundi si ruminent, id est, si in ore semper habeant, quasi cibum quemdam præcepta diuinæ.

Lin. 7. [Utilis est.] In textu Græco legitur ἐργασίαν λαζαρίου: id est, opus est lætitiae. His verbis adde, ut in textu Græco: Et cum his qui ruminant verbum Domini: Quid animal ungulatum dividens? quia iustum in hoc mundo ambulat, & regnum cælorum recipit. Nouatianus explicat de incessu semper fimo ac robusto: Dum lubricum partis alterius ungula firmamento fulcitur, & in vestigii soliditate retinetur.

Lin. 11. [Filiis.] Id est, Iudæis.

Lin. 14. [Sicut voluit Dominus.] In textu Græco hæc sequuntur: Propterea circumcidit nobis aures, & corda, ut hæc intelligamus.

Lin. 23. (Queramus ergo, si curæ fuerit Domino:) Cap. 9. incipit, in quo agit de baptismo & cruce.

Pag. 39. lin. 5. (Quæ affert remissionem.) In textu Græco legitur: φέρει Εἰς ἀφεσιν, Ι. Εἴσοφερει ἀφεσιν.

Lin. 8. (Sed sibi instituant.) Baptisma videlicet: intelligit crebra, & superstitionis Iudæorum baptisata.

Lin. 10. [ *Horruit cælum, & in hoc plurimum expandit terra.* ] Iuxta Septuaginta interpretes, Ἐξετάσθη τὴν. In textu Græco Barnabæ, ἔκστριψεντες id est, horreas, cælum.

Lin. 11. ( *Expanuit terra.* ) Ita apud Septuaginta, sed deest ἡ γῆ, id est, terra: In textu Græco Barnabæ: Φειξατο ἡ γῆ id est, expauseat terra: quod vocabulum Maldonatus hunc locum exponens ait reperiri in quibusdam exemplaribus: Vnde apparet non perperam reperiri in hac epistola. In versione communi iuxta textum Hebraicum totus hic locus sic habetur: *Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer.*

Lin. 12 ( *Duo mala.* ) In textu Græco S. Barnabæ, duo magna & mala.

Lin. 16. ( *Qui non possunt aquam portare.* ) Hæc defunct in textu Græco, apud Septuaginta est οὐ μέχρι id est, continere.

Lin. 17. ( *Numquid petra ruinosa est mons sanctus meus Sina.* ) In textu Græco, πέτρα ἐρυκός id est, petra deserta: quare puto legendū, *ruinosa*: Locus habetur Esaiæ 16. iuxta Septuaginta hoc modo, μήπερ ἐρυκός ἀστὸς τὸ ὄρος τῆς Δυναδεῖς Σιών: id est, numquid petra deserta est mons filiæ Sion, sed apud Barnabam irrepsit Sina, pro Sion, & Apostolus adiecit τὸ Sanctus, explicationis gratia.

Lin. 21. ( *Eritis tamquam aliis pusillis ablatis.* ) Esaiæ capite citato: in textu Græco Barnabæ: ἔρασθε ὡς μετεύοντες αἰσθανόμενοι νεοστάς ἀφηρηθόντες id est, eritis ut auis pulli instabiles nido sublato, apud Septua-

ginta: ἔστιν δὲ ὡς μετεύοντες αἰσθανόμενοι νεοστάς ἀφηρηθόντες id est, eris enim ut auis volantis pullus ablatus. Ex quo facile emendantur verba Latina huius epistole, hoc modo: *Eritis enim tanquam alitis pullus ablatus.* In textu Hebreo, וְנִדְחַת בָּאָזְנָה תְּלִשְׁמָךְ id est, & erit tanquam auis fugientis nido ablatus, & conueniet cum interpretatione Septuaginta, si νεοστάς sumatur pro nido, vt aliquando contingit: Glossæ veteres: νεοστάς, nido, pullus. Si vero textum Hebraicum ita verteris, vt verti potest, & erit tanquam auis fugiens nido sublato, non multum discrepabit à Græca citatione Barnabæ. In versione autem vulgata sic habetur: *Et erit sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes.* Hic autem coniungit Barnabas locos duos simul, vnum Hieremias, alterum Esaiæ: vt supra obseruatum est.

Pag. 40. lin. 4 ( *Vt sciant.* ) Ita in textu Græco Barnabæ. Apud Septuaginta interpretes, & in textu Hebreo, *vt scias, inhabitans, lege, & inhababit,* vt in textu Græco, virgula interposita, vt significetur altera citatio.

Lin. 6. ( *In altissima spelunca fortis petra.* ) Ita in textu Græco Barnabæ, vt apud Septuaginta, in versione communi: *In excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius.* Sed sensus idem est. In textu Græco Barnabæ sequitur: *Deinde quid dicit filio? quæ de siderantur in versione Latina.*

Lin. 8. ( *Et regem cum magnitudine videbitis.* ) In textu Græco Barnabæ, & in Septuaginta explicatione legitur, μετὰ δόξης, id est, cum gloria: In commu-

ni versione iuxta textum Hebraicum: Regem in de-  
core suo videbunt oculi eius.

Lin. ii. [Timorem.] Adde, Domini, ut habetur in textu Græco Barnabæ, qui hoc vocabulum addit explicationis gratia, cum non reperiatur in textu Hebreo, nec apud Septuaginta.

Lin. 13. [Qui haec facere cœperit.] Hæc non ex-  
tant in psalmo, sed adduntur explicationis gratia.

Lin. 19. [Et folia eius non decident.] Hic in textu Græco legitur, Θ φύλον id est, folium, sed legen-  
dum τὰ φύλα, id est, 'folia, tum quia ita reddit in-  
terpres, tum quia paulo post sequitur: νῦν δὲ λέγει,  
τὰ φύλα οὐκ ἀπόρρυθμα id est, nunc vero dicit, fo-  
lia non decident. Ita Apollinarius in metaphrasi.

Νῷλεμίως φύλοισιν ἀκεράχθυσι τηθιλῶς.  
Id est, perpetuo foliis intonsis virens: Etsi in textu Hebreo, & apud Septuaginta singulare sit. Nam est enallage, numerus pro numero, singularis pro plurali: cum vnius arboris vnicum non sit folium.

Pag. 41. lin. 1. [R. surgunt.] Lege, resurgent, ut in textu Græco Barnabæ, apud Septuaginta, & in textu Hebraico. Tamen apud Sanctissimum Hilarius, Ambrosium, & Hieronymum legitur, re-  
surgent.

Lin. 7. [Sentire autem debetis, &c. Conclusio est explicationis versuum psalmistæ, quibus ostendit per aquam baptismum, & per lignum crucem significari.

Lin. ii. [Felices qui sperauerunt in aquam & cru-  
cem: in textu Græco legitur: Felices, qui sperauerunt in

crucem, descenderunt in aquam. Sed lege, μαρτυροῦσι, &c. τὰ πετραῖα σόδαπτες εἰς τὸ ἑδωρ. id est, felices, qui spe-  
rauerunt in crucem, & descenderunt in aquam. Et ita castiganda est versio Latina: sequitur in textu Græco, οὐ τὸ μαρτυρόλεγον, sed λέγει, redundat.

Lin. 18. [Folia illius.] In textu Græco desideratur particula αὐτός, qui dicit, τὸ, qui, redundat.

Lin. 19. (Hoc est, quia omnis sermo, &c.) Ita hunc locum psalmistæ exponit sanctus Hilarius: Et quid in foliis significet, ex comparatione rerum corporalium ab-  
solutum est: namque hanc esse naturam foliorum contue-  
mur, ut ad custodiam fructuum fructibus ipsis circumiecta  
prorumpant, ut quodam vallo tenera pomorum iniicia com-  
muniant. Doctrina ergo verborum Dei, quæ promissos no-  
bis fructus conuestit, significatur in folio. His enim verbis  
spes nostræ inumbrantur, horum inter has fæculi tempesta-  
ies munimine conteguntur. Vnde Es. 47. Et folia eius ad medicinam.

Lin. 25. (Erit Iacob laudabilis super omnem terram)  
Lege ut in textu Græco, Erit terra Iacob, &c. Locus sumptus videtur ex capite tertio Sophoniæ: καὶ Σί-  
Γμαὶ ἀλλεὶ εἰς καυχήμα, καὶ ὄρομαὶ τὰ πάση τῆς γῆς:  
& ponam eos in gloriam, & nominatos in om-  
ni terra: Et paulo post: Εἴη δώσω υμᾶς ὄρομαὶ,  
καὶ εἰς καυχήμα πάσι τοῖς λαοῖς τῆς γῆς id est, dabo  
enim vos in nomen & in laudem omnibus populis  
terræ.

Pag. 42. lin. 2. (Terram vas spiritus illius magnificat.)  
Hæc corrupta sunt & mutila, l. ut in textu Græco:  
hoc dicit vas spiritus illius quod magnificabit.

Lin. 5. (*Erat flumen trahens ad extra, &c.*) Hic locus videtur sumptus ex capite quadragesimo septimo Ezechielis: ubi sic habetur: *Et super torrentem, sive fluuium, orietur in ripis eius ex terraque parte omne lignum pomiferum, non defluet folium ex eo, & non deficit fructus eius, per singulos menses afferet primitiuæ: quia aquæ eius de sanctuario egredientur, & erunt fructus eius in cibum, & folia eius in medicinam.*

Lin. 9. (*Vivet in perpetuum.*) In textu Græco additur: *Hoc dicit: Si quis, inquit, audierit hoc vocantes, atque eis crediderit, vivet in eternum.*

Pag. 43. lin. 1. (*Et quando hac consummabuntur, dicit Dominus, cum lignum inclinatum fuerit, &c.*) Hæc citantur in illo tractatu, qui inscribitur: *Testimonia de aduentu Domini in carne, qui vulgo sancto Gregorio Nysseno tribuitur: Et tunc consummabuntur, dicit Dominus, quia de lignis sanguis stillabit.* Sed locus multilis est, & castigandus ex hoc Barnabæ loco. Dixi autem hunc tractatum vulgo attribui sancto Gregorio Nysseno; quia illius non est, sed recentioris alicuius scriptoris: nam capite penultimo citat sanctum Ioannem Chrysostomum, qui Gregorio Nysseno posterior fuit: qui sane nullo ex alio libro, quam, ex hac epistola hunc locum promovere potuit: cum non extet in sacra Scriptura: quod mirum non est, quia id & aliis Apostolis contingit, ut quædam citent, quæ in tota Script. haud licet inuenire, ut videre est Matth. 2. *Ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas, quoniam Nazarens vocabitur: Nempe à loco habitationis, non ab alia causa*

*in Epistolam sancti Barnabæ.*

causa, ut manifestū est ex Euang. ad Eph. 5. Propter quod dicit: *Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus,* i. ad Cor. 15. Sicut scriptum est: *Factus est primus homo Adam, in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem.* In epist. Iudæ: *Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiae, sed dixit, imperat tibi Dominus.* Et infra: *Prophetauit autem & de his septimus ab Adam Enoch dicens: Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium, &c.* qui omnes loci in sacra Scriptura non extant. Sicut & hic, qui citatur à sancto Clemente in epist. ad Corinth. i. tanquam ex verbis à Moysè prolatis: *ἐγώ δὲ Εἰμὶ ἀτύπιος πνεύμα.* id est, ego sum vapor ollæ. De his ac similibus respondet sanctus Ioannes Chrysostomus homil. 7. in i. ad Cor quia non secundum verba, sed secundum res ipsas in historiis habentur, vel quia sensus tantum exprimitur, & verba minime producuntur. Et infra dicit scripta esse quidem in historiis sacrīs, sed multos libros intercidisse. Hæc ille. Et quamvis eiusmodi libri non amplius extarent temporibus Apostolorum, tamen fieri potest quædam illarum sententias à prioribus Doctoribus traditas remansisse, easque per traditionem ad Apostolos peruenisse. Nec est dicendum locum Matthæi referri ad locum Esa. c. 11. *Et flos de radice eius ascendet.* Et in Hebræo scribi, id est, Nazaræus: nam hoc vocabulum florem significat, non Nazaræum, & quamvis id significaret, non tamen re-

peries in eo loco sensum Matthæi, qui non simpli-  
citer Iesum appellat Nazaræum, sed scribit eum  
vocandum esse Nazaræum. Ad locum Pauli, *proprie-*  
*quod dicit: Surge: dicunt nonnulli, cum hæc scribe-*  
*ret Paulus repente Spiritum sanctum in eum ir-*  
*ruisse, & hoc significasse, cum scripsit: Propter quod*  
*dicit, sed hæc responsio non placet multis, cum*  
*quicquid scribebat Paulus, illud esset ex sancti Spi-*  
*ritus illapsum. Alii respondent, hunc locum à Paulo*  
*citatum eumdem habere sensum cum hac Prophe-*  
*tia Esai 6. Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen*  
*tuum, & gloria Domini super te orta est: quod non sa-*  
*tisfacit: Nam hæc prophetia haud dubie est de*  
*Christi aduentu eius manifestatione, & de gloria,*  
*splendore, & amplitudine illius Ecclesiæ, atque*  
*etiam cælestis Hierusalem. At Paulus per locum*  
*citatum, nihil aliud intendit probare, quam quod*  
*mala opera arguantur, & manifestentur per lu-*  
*men, qui Christus est. Quod vero spectat ad se-*  
*cundum Pauli locum, non est quod respondeant*  
*nonnulli primum illius membrum haberi in Ge-*  
*nesi. Factus est primus homo, &c. alterum vero addi-*  
*tum esse à Paulo. Nam falsum est alterum additum*  
*esse à Paulo. Si enim ita esset, nihil ipse probaret.*  
*Hac enim citatione intendit probare agens de re-*  
*surrectione mortuorum, id quod est animale præ-*  
*cedere id quod est spiritale. Seminatur, inquit, cor-*  
*pus animale, surget corpus spiritale. Si est corpus animale,*  
*est & spiritale, sicut scriptum est: Factus est primus homo,*  
*&c. Et continuo subiungit: Sed non prius quod spiri-*

*tale est, sed quod animale: deinde quod spiritale. Primus*  
*homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis.*

Lin. 9. [ *Dicit autem iterum in Moyse.* ] Iterum pro-  
bat virtutem crucis, quod populus pugnans cum  
Amalec, Moyse expassis manibus orante, vince-  
ret hostes. Eamdem historiam profert, & sic expli-  
cat sanctus Iustinus Martyr in dialogo cum Try-  
phone Iudæo, ὅτε οἱ Ιudeοι, ἐπολέμουν τῷ Αμαλκῷ, καὶ  
οἱ τῷ Ναοῦ ὃς ὁ ἐπονομαζεῖται Ιησοῦς ὄνομαπι, τῆς μα-  
χῆς ἦρχεν, αὐτὸς Μωϋσῆς ἀνέχετο τῷ δέος ταῖς χερσὶ ἔκπε-  
πτες ἐκπεπτόεις, &c. id est, Cum populus bellum gereret  
aduersus Amalec, & Nane filius Jesu nomine cognomina-  
tus exercitui praefasset, Moyses ipse Deum orabat mani-  
bus virimque expassis, &c. Tertullianus libro aduer-  
sus Iudæos: *Iam vero Moyses quid utique tunc tantum*  
*cum Iesu aduersus Amalec prælibabatur expansis manibus or-*  
*rabat residens, quando in rebus tam attonitis magis utique*  
*genibus positis, & manibus cædentiibus pectus, & facie*  
*humi volutata orationem commendare debuisset? Ni si quia*  
*allic, ubi nomen Iesu dimicabat, dimicaturis quandoque*  
*aduersus diabolum, crucis habitus quoque erat necessarius,*  
*per quam Iesu victoriam esset relatus. Idem repetit li-*  
*bro tertio aduersus Marcionem: Eodem refert*  
*hunc locum sanctus Cyprianus, libro secundo de*  
*testimoniis.*

Lin. 19. [ *Dixit in præcordiis Moysi spiritus, &c.* ]  
Hæc verba non sunt in sacra Scriptura. Exod. 17.  
Vbi hæc historia tractatur: sed his verbis narrat A-  
postolus, quæ hic narrantur, facta fuisse à Moyse  
S. Spiritus impulsu.

Lin. 20. [ *Fac figuram crucis.* ] In textu Græco additur, & eius qui passurus est, quæ restituenda interpretationi Latine, ut rite sequatur: *quia si non crediderint in illum, &c.*

Lin. 25. ( *Ascendit Moyses in aggerem.* ) In textu Græco, οὐδὲν δέ τι Μωϋσῆς ἐν ἐφ' ἐν ὅπλον τὸ μέσον τῆς πηγῆς· id est, posuit igitur Moyses clypeum super alium clypeum in medio aggeris, quæ non sunt in sacra Scriptura: cum iuxta illud Moyses sederit super lapidem. Sed describit Barnabas aliquam circumstantiam quam habuerat ex traditione, prætermissa lapidis mentione: ὁ πλούτος, hoc loco clypeus est, scutum. Glossæ veteres ὁ πλούτος, telum, scutum. loco τῆς πηγῆς, legendum puto, τὴς πηγῆς, quod hoc loco est agger, licet impropre. Nam proprie πηγῆ, seu pegma est machina lignea, seu contignatio instar pontis, in qua quis stat, ut aliis eminet ab omnibus videatur, alias pulpitum, catasta, Prudentius in sancto Romano.

*Tabulis superne strata texunt pulpita.*

*Rimuosa rari pegmatis compagibus.*

Et paulo post.

---- inque texta pontis subditu

*Fundit vaporem flumen & late astuat.*

Pag. 44. lin. 1. ( *Et stans.* ) Additur in textu Græco, eminentissimum omnium. Stare autem hoc loco est esse, existere, ut saepe ita accipitur. Nam Moyses non stabat, sed sedebat super lapidem, ut diximus.

Lin. 3. ( *Deinde cum deposuerat, vincebat Amalec.* )

In textu Græco εἰπεντέρῳ πάλιν ἔθαυων· locus multilus, & legendum: ὁ πότερος δὲ κατῆκε ταῖς χεῖρσι, πάλιν ἔθαυων· id est deinde cum demittebat manus, rursus occidebantur, nempe Iudei. Aut certe loco, ἔθαυων, lege, τίκτε Αμαλέκ· id est, vincebat Amalec.

Lin. 14. [ *Via iusta.* ] In textu Græco Barnabæ additur, Μεα, locus habetur Esa. 65.

Lin. 15. [ *Item Moyses facit figuram Jesu.* ] Iam explicat figuram ēnei serpentis erecti in deserto, eamque applicat Christi passioni & cruci.

Lin. 18. [ *Et quia ipse viuificauit.* ] In textu Græco habetur: οὐδὲν ζωοποίον, id est, & illum viuificabunt: Sed lege, & οὐδὲν ζωοποίον· id est, & quia ipse viuificauit, nempe genus humanum: ut sensus sit: Et rursus, Moyses facit figuram Jesu: quia oportet cum pati: & quia ipse, quem illi (nempe Iudei) putauerunt perdidisse, viuificauit genus humanum videlicet: aut certe lege, nos viuificauit.

Lin. 25. ( *Quia præterito Euæ per colubram fuerat.* ) Ita Philo Iudæus libro tertio Allegoriarum: οὐδὲν γάρ ιατρὸς πάθος, ὅτου ἐπέργει ὁ φίσις κατοικεῖ σὴν θεραπείαν. id est, quomodo igitur sit medela morbi, cum alter serpens ( ēneus ) constructus est Euæ serpenti contrarius, tempore ratio. Præterito est transgressio, prævaricatio, ut saepe ponit, præterire, pro transgredi, prævaricari. Dicit colubram feminine prisorum more. Nonius Marcellus cap. 3. *Colubra feminine.* Lucilius Satyr. lib. 20.

Iam disrumpetur medius, tam ut Adam sum colubras  
Disrumpit cantu, venas cum extenderit omnes.  
Turpilius in Leucadia: arripuit colubram mordicus. Varro  
Eumenidibus: quid dubitatis, utrum nunc sitis cercopithe-  
ci, an colubre, &c.

Pag. 45. lin. 5. [Ut ipse Moyses, &c.] & vt, redundat: Idem profert Tertullianus libro aduersus Iudeos, & lib. 3. contra Marcionem: Idem rursus Moyses post interdictam omnis rei similitudinem, cur aeneum serpentem ligno impositum pendentis habita in spectaculum Israeli salutare proposuit, eo tempore, quo à serpentibus post idolatriam exterminabantur? nisi quod hic Dominum crucem intentabat, qua serpens diabolicus publicabatur, & laeso cuique ab eiusmodi colubris, id est, Angelis eius à delictorum peccantia ad Christi crucis sacramenta: intento salus efficiebatur: Et sanctus Iustinus Martyr in dialogo cum Tryphone Iudeo: Εἰ πάτερ θεός μου, οὐχί θεός λοιπὸς ὁ Κόστης λαός τῶν Μωυσέων, μήτε εἰ-  
κέντα, μήτε ὄμοιώμα, μήτε τὸν Καλεγάντα αὐτόν, μήτε τὸν θριάτην τῆς γῆς, ὅλως παῖδας, καὶ αὐτὸς εἰπεὶ οὐκτὸς τῷ Θεῷ τῷ Μωυσέως τὸν χαλκικὸν οὐφίναντας θύεσθαι, καὶ θριάτης οὐκεῖον ἐστο, δι' οὐ σημεῖον ιεροῦ οὐ οὐφίδημοι. καὶ αὐτὸς διξιας, &c. id est, Dicite namque mihi, un non Deus is erat, qui per Moysen sanxit, ne qua omnino fieret, vel imago, vel similitudo, neque eorum qua in celo sunt sursum, neque in terris deorsum? atqui idem ipse in solitude per Moysen fieri fecit aeneum serpentem, cumque pro signo statuit, per quod seruabantur, qui serpentum mortuus lethaliter laesi fuerant: & extra culpam omnem est? Sacramentum namque arcanum per hunc, prout antea dixi,

denuntiauit: quo serpentis quidem, qui etiam prævaricationis ab Adam auctor fuerat, potestatem eversum iri significabatur: salus autem credentibus in istum, qui per signum id adumbrabatur: τούτοις τὸν σαυρόδακα μόνοι τα, ἀπὸ τῶν διηγμάτων ὡφελού, ἀπὸ Εἰσοδίων αἱ κακαὶ ταπεζέται, οἴω-  
νται τοις Εἰσοδοις, καὶ ἀλλαζόμενα. hoc est, Qui crucifigen-  
dus erat, à serpentis mortibus, qui sunt actiones pravae, ido-  
lorum cultus, & alia iniquitates, promittebantur. Ita et-  
iam S. Prosper lib. de promissionibus, &c. p. 2. c. II.  
Ita sanctus Gregorius Nyssenus in Theoria de vita  
Moysi, & sanctus Epiphanius libro primo hær.  
tom. 3. num. 7. iuxta Christi doctrinam, Ioan. 3. Et  
sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari o-  
portet filium hominis.

Lin. 12. (Et posuit in cruce:) In textu Græco: οὐδὲν οὐδὲξως id est, gloriose, sed interpres noster legisse videtur, οὐταντοι id est, in cruce: Et sane pau-  
lio post in textu Græco generatim dicitur, τὸν οὐφίναντα τὸν ξύλου θηρικαλόν. id est, serpentem in ligno positum: serpentem autem illum Moyses erexit in cruce, ut docet Prudentius in Enchiridio.

Feruebat via sicca eremi serpentibus atris,

Iamque venenati per liuida vulnera mortuis

Carpebant populum, sed prudens are politum.

Dux cruce suspendit, qui virus temperet, anguem.

Et sanctus Iustinus Martyr apologia 2. pro Christianis: τοι κατ' θηρικαλὸν καὶ θεραπεύειν θεοὺς τοὺς καὶ τοὺς θεοὺς λαζαρίους τοῖς Μωσέας χαλκοῖς καὶ παιᾶσι τούτοις εανεργοῖς, καὶ τούτον εἶναι τὴν αἵτια σκληρήν id est, ac Mosen per eam, quæ dicitur Dei inspirationem

& instinctum æs accepisse, & signum crucis fecisse, idque ad sanctum tabernaculum statuisse, quod ita intelligendum, ut fecerit serpentem ex ere; illumque in cruce exaltarit. Hunc locum profert Iustinus, ostenditque eum fuisse Platoni notum, eo quod dixerit in Timæo agens de filio Dei: ἐχαστον τοις προβλημασι. id est, decussauit eum in vniuerso. Id etiam planum est ex verbis Christi supra cito: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, &c.* In quibus sane de crucifixione sermo est.

Lin. 21. [ *Veniat ad colubram.* ] In textu Græco additur, τὸν ἔτι Σὺν θείνει πόνον: id est in ligno positam. Vbi loquitur generatim, nam de cruce intelligendum: eodem modo locutus est Tertullianus loco supra citato agens de serpente æneo: *Idem rursum Moyses post interdictam omnis rei similitudinem cur æneum serpentem ligno impositum pendentis habitu in spectaculum fidei salutare proposuit, &c.* Et sanctus Prosper Aquitanicus capite supra citato: *Verum ille semper pius & misericors Deus, qui partibus iudicans dat locum paenitentiae remedium exaltati serpentis in ligno contra mortiferos serpentum morsus. Iubetur enim Moyses æneum formare serpentem, eumque alto ligno confixum populo præcipere, ut si quis se vulneratum cuiuslibet serpentis morsu sentiret, statim æneum respiceret serpentem, cuius aspectu continuo sanaretur.* Porro Rabiennus Haccados refert ex Rabbi Simeone filio Iohai Moysen serpentem æneum statuisse super arbore illa, cuius lignum misit in aquam Mara ut dulcerent.

Lin.

Lin. 26. [ *Et ita faciebant.* ] In textu Græco hæc sequuntur, *Habes in hoc gloriam Iesu, quod in ipso sunt omnia, & in ipsum, ubi tu in ipsum, est per ipsum.* Nam omnia per ipsum facta sunt. Ioan. 1.

Pag. 46. lin. 5. [ *Quid dicit iterum Moyses a Iosepho Nae.* ] In textu Græco legitur, τῷ Ιωνὶ τῷ τῷ Ναοῦ υἱῷ sed lege & Avon, &c. Sed in hoc textu que sequuntur huc spectantia sunt valde confusa.

Lin. 6. [ *Ause filio Nae, ut ostenderet Iesum esse filium, &c.* ] Hæc aliter in textu Græco. Iam proponit aliam de Iosue duce copiarum Israel figuram. Iosue autem appellatus est Ause, ut videre est ex libro primo recognitionum sancti Clementis: *Igitur Moyses his administratis Ausem quedam nomine præponens populo, &c.* Et ex mox dicendis, vnde quidam allucinantur, putantes hunc locum esse unum ex huius libri næuis.

Lin. 7. [ *Ut ostenderet Iesum esse filium Dei.* ] Hæc desiderantur in textu Græco.

Lin. 9. [ *Audiente populo, quia omnia pater ostendit filio suo.* ] Lege, *de filio suo Iesu, filio Nae.* Ita Græca videntur sic castiganda; η λέγει παλιν Μωϋσῆς οὐ Αὐσοῦ τῷ Ναοῦ υἱῷ, ἵνα δεῖξῃ Ινδοῦ ἐπὶ ψὸν θεοῦ, οὐαδούσθεντος, οὐ πάντα οὐ πατήρ φαεγγί τοι τῷ ψὸν αὐτοῦ Ινδοῦ οὐ Ναοῦ, οὐαδούσθεντος Μωϋσῆς ψὸν Ναοῦ, οὐ έπειθε αὐτῷ οὐομα Ινδοῦ. Cetera sunt expungenda, id est, quid dicit rursus Moyses Ause filio Nae, ut ostendat Iesum esse filium Dei: populo audiente, quod omnia Pater de filio suo Iesu ostendit filius Nae, vocavit Moses filium Nae, & imposuit illi nomen Iesu.

▲ a

Lin. 13. [Et imposuit illi nomen Iesus.] Adde iuxta Græcum, quando misit eum exploratorem terræ. Sic Tertullianus libro aduersus Iudæos, & libro tertio contra Marcionem: *Dum Moysi successor destinatur Aues filius Nae, transferitur certe de primo nomine, & incipit vocari Iesus.* Et infra: *Sic & Iesus ob nominis sui futurum sacramentum: id enim nomen suum confirmauit, quod ipse ei indiderat: quia non Angelum, nec Ausen, sed Iesum eum insserat, exinde vocari.* Idem pluribus locis docet sanctus Iustinus Martyr in dialogo cum Tryphone Iudæo. Lactantius libro quarto de vera sapientia cap. 17. *Qui cum primum Aues vocaretur, Moses iussit cum Iesum vocari.* Eusebius libro quarto Euangelicæ demonstrationis cap. 17. *Nauē ἦν οὐτὸν εὐαγγελισθεῖν τοῖς ἄνθρωποις, ἀλλ' ὅτε προφῆτης Ἐγεόδης ἐν θυμῷ αὐτοῦ ὀνόματος, Ιησοῦ τὸν αὐτὸν κατὰ τὸ θεῖον πνεῦμα καλεῖ.* (Vbi tamen Aves, non Nauē, vt in aliis eiusdem capituli locis legendum est) id est, Ausen enim eum nominauerant parentes, sed Propheta Dei mutato natali nomine, eum impulsu Spiritus sancti Iesum nominavit. Res gesta habetur num. 13. cum misit eum Moyses exploratum terram Canaan, ἐπανέμενος Moses τῷ Αὐτῷ ψήφῳ Nauē Ihesu. id est, cognominavit Moyses Ausen filium Nae Iesum:

Lin. 15. [Et accipe librum in manu tua, &c.] In textu Græco desideratur, καὶ λέγεται. Hæc autem in nulla Scriptura reperi possunt, quam Exodi 17. Vbi postquam Iosue debellauit Amalec, dixit Deus Moysi: *Scribe hoc ob monumentum in libro, & tradere*

auribus Iosue, delebo enim memoriam Amalec sub celo. Itaque etsi hic posterior locus videatur coniungi cum superiori, ad rem tamen diuersam spectat, & additur ad commendationem Iesu filii Dei, cuius figura est Iosue, quare legendum puto, ut saepe occurrit in hac epistola, & rursus dixit, & in textu Græco: καὶ πάλιν λέγεται.

Lin. 17. [Quia amputabit à radicibus omnem dominum e Amalec.] In textu Hebreo, & apud Septuaginta hæc efferuntur per primam personam: sed quia Barnabas applicat Christo, cuius figura est Iosue, posuit in tertia persona addens hæc verba: *Filius Dei in nouissimis diebus, proferens sensum, non verba: quia Christus Dei filius sua passione deleturus erat regnum Diaboli.*

Lin. 24. [In carne apparuit.] In textu Græco hæc sequuntur: *Quoniam igitur dicturi erant, quod Christus filius sit David: veritus & intelligens errorem peccatorum. Dicturi erant Iudæi Christum esse filium David, non Dei: quod accidit, cum interrogati à Christo. Matth. 22. Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? dicunt ei, David. Quod præuidens Propheta, vt eos confunderet, scripsit: Dixit Dominus Domino meo.*

Pag. 47. lin. 6. [Sic dicit Dominus Christo meo Dominus.] Ita Tertullianus, & sanctus Cyprianus. in textu Græco legitur: *Εἶπεν κύριος ἐπί Χριστοῦ μου Κύρος.* id est, dixit Dominus Christo meo Cyro. Iuxta Septuaginta interpretes, & textum Hebraicum, in quo pro hac voce, Kyp̄ legitur קְרַבְתִּי, quod per-

inde est, nam צְרָרָה Hebraice Cyrum significat. At interpres huius epistolæ, legisse videtur καὶ οὐ, id est, Domino, iuxta multorum, tum Græcorum, tum Latinorum opinionem. Quam lectionem non probat diuus Hieronymus, qui vult totum hoc caput intelligi de magno illo Cyro Medorum & Persarum Rege, qui populum Iudaicum à iugo servitatis liberauit, non de Christo: his Prophetæ verbis inductus: *Et vocavi te nomine tuo, assimilavi te, & non cognovisti me, quæ, ut ipse scribit, minus Christo conueniunt.* Aliter censent Tertullianus libro contra Iudæos, sanctus Cyprianus libro primo de testimoniis: diuus Gregorius Nyssenus in testimoniis de aduentu Christi in carne cap. ad Iudæos. Itaque dico quidem iuxta literam caput Esaiæ de Cyro intelligi, tum propter populi Israelitici dimissionem, seu liberationem, tum propter verba ab sancto Hieronymo obiecta, quæ sane de Christo dicinon possunt: sed iuxta sensum allegoricum caput esse intelligendum de Christo, cuius figura fuit Cyrus: nam quemadmodum ille populum Iudaicum à captiuitate redemit, sic Christus mundum à diaboli iugo liberauit. Vnde Propheta initio capituli frequentis prorumpens in apertiorē Prophetiam dixit: *Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum; aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Quæ sane nulla ratione Cyro conuenire possunt. Etsi enim Propheta loquatur primo de Cyro secundum litteram, in ipso tamen progressu agit de Cyro secundum spiritum, id est, Christo, latenter ab illo ad hunc trans-

cundo: quod est familiare sacræ Scripturæ, vt restat monet sanctus Augustinus, libro tertio de doctrina Christiana cap. 34.

Lin. 10. [Exaudient illum gentes.] Lege, vt exaudiant illum gentes, vt apud Tertullianum, & sanctum Cyprianum: in textu Græco Barnabæ, & apud Septuaginta, ἐπακοδεῖ προφέτης αὐτὸς ἔθνη· id est, vt obedient ante eum gentes. In versione communis: *Vt subiiciam ante faciem eius gentes: & virtutem Regum corrumptam, vel disrumpam, vt apud Septuaginta.*

Lin. 19. [Quaramus ergo si hic populus, &c.] Hic incipit caput 10. de reprobatione Iudæorum, & electione gentium.

Lin. 27. [Quia steriliserat.] Adde, vt in textu Græco, & concepit: Sed his præponenda sunt hæc verba, Gen. cap. 25. ἐπήσυνε δὲ αὐτὸς ὁ θεός· id est, exaudiuit autem eum Deus: Deinde, & οὐδὲ ἐλέγει· id est, & concepit.

Pag. 48. lin. 3. [Duæ nationes, &c.] Ex reprobatione Esau maioris, & electione Iacob minoris natu ostendit reprobationem Synagogæ, & electionem Ecclesiæ, abdicationem Iudeorum, & adoptionem gentium, iuxta Paulum cap. 9. ad Romanos, quem secuti sunt Sanctus Iustinus Martyr in dialogo cum Tryphone Iudeo, sanctus Irenæus libro quarto capite trigesimo octauo. Tertullianus lib. contra Iudæos circa initium, Prosper Aquitanicus de promissionibus, p. 1. cap. 20.

Lin. 10. [Et qui populus minoraut maior.] In textu Græco hæc ita habentur: ἡ δὲ πόλις διδύχει, δη-

*μελέων ὁ ἀγοράτης, οὐ καίνος.* Vbi legendum, us, pro, ὅπι, fide, & quare ostendit, quis maior esset populus hic, an ille.

Lin. 12. [Iterum dixit Jacob Joseph filio suo:] Idem quod supra, declarat ex historia Ephraim & Manasse quam etiam huic doctrinæ applicat sanctus Cyprianus lib. i de testimoniosis.

Lin. 15. [Ex genere tuo.] In textu Græco legitur, *κοσμητοῦ τοῦ σπέρματος*, rectius iuxta sacram Scripturam.

Lin. 18. [Et adduxit Manassen & Ephrem, &c.] Hic Græca corrupta sunt, sed lege, *καὶ τὸ σπέρμα τοῦ Μανασσῆ, καὶ Εφραήμ· θέλων δὲ Μανασσῆ, &c.*

Lin. 22. [Statuit illum.] In textu Græco. *ὁ Ιωσὴφ τὸ σπέρματόν του, σεβαστόν, σεβαστόν, σεβαστόν,* sed particule, *οἱ γάρ,* videntur redundare.

Pag. 49. lin. 19. (Sic ergo.) Lege, si hoc ergo, iam amplius probat gentium vocationem per promissionem Abraham factam.

Lin. 22. (Habemus.) In textu Græco, *απέχοιδι.* Quovocabulo vtitur Matthæus cap. 6. *απέχοιστον τὸ μαθητῶν αὐτοῦ.* id est, receperunt, habent mercedem suam. Hesychius: *απέχεις, λαζανεῖς,* id est, accep-  
ris.

Lin. 25. (Cum solus credidisset, & positus esset in iustitia.) Lege positum, vt in textu Græco, in quo sic habetur, *qui credidisti, possum est in iustitiam,* ex Gen. cap. 15. & cap. 17. potius tamen iuxta sensum, quam iuxta verba. Probat igitur Abraham esse patrem nationum, quia credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam in præputio: & promissionē accepit bene;

dictionis seminis sui in præputio, iuxta doctrinam Pauli ad Rom. 4. quam sequitur hic Barnabas: *Dicimus enim, inquit, quia reputata est fides Abraham ad iustitiam: quomodo ergo reputata est, in circumcisione, an in præputio? non in circumcisione, sed in præputio. Et signum accepit circumcisionis signaculum iustitiae fidei, quæ est in præputio, ut sit pater omnium credentium per præputium, quæ posteriora verba imitatus est Barnabas: Ecce posui te patrem nationum quæ credunt Domino, non circumcisione: in textu Græco, *τῷ ἀποστόλῳ,* id est, per præputium: Sunt tamen, qui exponunt illa Pauli verba, per præputium, id est, per iustitiam fidei, quam habuit Abraham in præputio.*

Pag. 50. lin. 10. (Sed illi non fuerunt digni, &c.) Repetit quæ superius non procul ab initio iam scripsierat, probatque à fractione tabularum Moyse, quam fuerint indigni Iudæi accipere legem, ac proinde illis repudiatis, Christum nobis suum dedit testamentum.

Pag. 51. lin. 11. (Quomodo acceperimus nos discite.) Quædam hic desiderantur supplenda ex textu Græco: *Mōȳs cum esset seruus, accepit: ipse vero Dominus nobis dedit, sup. legem testamentum: Dominus, id est, Christus.*

Lin. 13. (Cui nos in hereditatem.) Hæc corrupta sunt: Lege, *qui nos in hereditatem elegit:* in textu Græco legitur, *Εἰς τὰς κληρονομίας,* sed puto æque corrupta, & legendum, *ημαῖς ἐλέγουσος Εἰς κληρονομίαν.*

Lin. 18. (Et nos per illum hereditatem testamenti.)

In textu Græco: ἡ μεῖς Διὸς τῷ κακερομούντος Διάδημα, hēc corrupta sunt: Lege, ἡ μεῖς δί αὐτῷ κακερομούλα Διάδημα. Domini nostri Iesu Christi. Ita in textu Græco, sed hēc vocabula redundant. Qui in hoc paratus est. Hēc usque ad illa verba: Et iterum Propheta dicit, transposita sunt in textu Græco, post hēc verba: dicit Dominus, qui te liberauit.

Pag. 51. lin. 27. (*Vt sis sanctitas tua.*) In communione iuxta textum Hebraicum, *vt sis salus mea*. In textu Græco Barnabæ, & apud Septuaginta, τὸ εἶναι τὸ οὐτεία. id est, *vt sis tu in salutem*, lege ergo expuncto vocabulo, *tua*, *vt sis tu sanctitas*, id est, *salus*.

Pag. 53. lin. 5. (*Hominibus.*) Lege, humilibus, vt in textu Græco Barnabæ, οἰκεῖοις. Apud Septuaginta, οἰωχοῖς, id est, pauperibus. In textu Hebræo παντὶς id est, mansuetis, humilibus, seu abjectis.

Lin. 16. (*Aduer de sabbato.*) Hic incipit caput undecimum, quod est de sabbati abrogatione.

Lin. 18. (*In decem verbis.*) Id est, præceptis. Nam λόγος præceptum est, vt à nobis obseruatum est ad Concordiam regularum c. i. §. 9. Hēc decem præcepta erant in duabus tabulis singulis vnam pentadem, hoc est, quinque præcepta continentibus, vt docet Iosephus, libro tertio antiquit. c. 4. Τέταρτον δύο πλάγας αὐτοῖς διαδίκτους ἐπεξεγαγμένους ἐγένετος τοὺς δικαιολόγους διατεταγμένους, καὶ χειρῶν διὰ τὴν γεαφῆν τὸν θεόν. id est, cum hēc dixisset, duas tabulas eis ostendit inscripta habentes decem præcepta,

cepta, in utraque quinque, & manus Dei in Scriptura erat, & cap. 6. in hanc arcam reposuit duas tabulas decem præcepta continentibus, διὰ πέντε αὐτοῦ. Et s'εκτείνεται, αὐτὸν δὲ καὶ ἡμῖν κατὰ μέτρον ἐπεκάπθεται: id est, in utraque quina, & in unaquaque facit, seu in singulis paginis duo cum dimidio. Philo Iudæus libro de decem verbis: ὅτε εἴ τις αὐτὸν μάς γεαφῆν τὸν διόγκων θεόν, καὶ πατέρα ποτέ τὸ πόλυτόν, οὐ δὲ τίτλος γενεᾶς id est, ita ut primæ tabulæ, seu scripturæ sit initium Deus Pater Creator Unius, finis vero parentes: Et paulo post, οὐ δὲ εἴτε πεντατεῦς ταῦτα διατεταγμένα τοιεχεῖ. id est, alter quinarius interdictiones omnes continet. Et libro: *Quis rerum diuinarum hæresit*: dicit duas esse legum tabulas eiusdem numeri, ac animæ partes, quæ sunt superior & inferior, in eisque decem esse leges, diuidique æqualiter in duos quiniones, primumque continent ea, quæ ad Deum spectant, alterum ea quæ ad homines: Et paulo post, ait: πεντάτος δέ οὐ τελείων πημάτος, καὶ γάρ οὐτις ἴσχει τὸν δύναμα φερεῖν οὐκέτι διδέσποιεν. Καὶ τῇ τούτῳ πεντεγένεσι καὶ θύμισι τοῖς δύοτοις αἴλουροι. id est, quintum vero præceptum de honore parentum. Illud enim sacrum est, cum non referatur ad homines, sed ad eum qui est creatis omnibus causa generationis. Alii aliter diuidunt, quatuor in prima tabula, sex in secunda constituentes, vt ex Hebræorum commentariis obseruat. Drusius Cent. Miscellan. cap. 19.

Lin. 21. [ *Sanctificate sabbatum, &c* ] Exod. 20. & 31. Leuit. 19. & 26 & Deut. 5. Sed profert potius sen-

sum, quam verba, explicatque modum & rationem celebrandi Sabbati.

Lin. 22. [ *Manibus mundis & pure corde.* ] Vacando scilicet orationi, contemplationi, & retro ad acta vita mala diligentem exanimando ac plangendo. Ita olim diem illum agebant Iudei, ut docet Philo, lib. de decalogo: Τέταρτη δὲ τὸ Σάββατον τὸ τέταρτον ἡμέραν, ἵνα διατίθεται τῷ θεῷ τὸν οὐρανὸν, τῷ δὲ Θεῷ τὸν γῆν τούτην. id est, quartum mandatum est de die sacra septima, ut illa sancte ac pie transfigatur. Et paulo post: *Fusset igitur, ut quicumque ista instituta recepissent, sicut in ceteris, ita in hoc quoque Deum sequerentur operando per sex dies, dñe xii. 13. φιλοσοφῶν τὴν εἰδήσιν τοῦ θεοῦ τοῖς αἰτιοῖς.* Φιλοσοφῶν τοῖς αἰτιοῖς, οὐκούτων τοῖς τοῦ Θεοῦ αἰτιοῖς εἰσερχομένην, &c. Septima vero interquiescendo, vacandoque contemplationi rerum & studio sapientiae: retractandoque etiam cogitatione uicta præritu, & rationem eorum a se reposcendo, sicuti à legum prescripto aberratum fuerit, ut in posterum cautiiores essent, prospicerentque, ne iterum impingerent in eadem offendicula: Et Agatharcides alias Iudeis infestus, apud Iosephum libro primo, σοχεῖται. Σπέρνειν Εἰδουμένοι οἱ Ιudei τὸν ιερόν. id est, feriari soliti septima die. Et paulo post: Καὶ τοὺς ιεροὺς ἐκ τεμενῶν τοὺς Χριστοὺς καταδιώκειν τοὺς ιεροὺς. id est, sed in templis expafsis manibus orare usque ad vesperam. Quare optimus sanctus Athanasius oratione de Sabbatho, & circumcisione ait Deum instituisse Sabbathum, non ut populus otio delectaretur, sed ut suum cognosceret conditorem. Venerabilis ergo fuit septima dies,

quia, ut ait Aristobulus, Iudeus apud Eusebium, libro decimo tertio de preparatione Euangelica, cap. 12. Τέταρτη δὲ μεσημέρια, τῇ πᾶς δὲ χρόνος κυριεῖται τῷ ζωογονουμένῳ, τῇ δὲ Θεοῦ διπλάσιον. id est, hebdomadarum orbe ipsa tam animantium, quam plantarum vniuersitas voluitur: Ac proinde eadem dies in pretio etiam fuit gentilibus, & sacra ab illis appellatur. Ita appellat Hesiodus apud cumdem Eusebium eiusdem libri cap. 13.

Προτερὸν ἔμι τερτιάς τι, τὴν εἰδήσιν ιερόν οὐδέποτε.

Id est,

*Luna extrema dies, cum quarta & septima sacra est.*  
Homerus.

Εἰδήσιται ηγέτης γεννηταύτης ιερόν οὐδέποτε.

Id est,

*Septima deinde dies sequitur sacra.*

Et alibi:

Εἰδήσιν τοῦ ιεροῦ. id est, septima sacra fuit.

Et Callimachus. εἰδήσιν τοῦ αἰτιοῦ. id est, septima dies bona. Sacram etiam fuisse sabbati diem, (quam ille Saturni vocat,) apud Iudeos testatur Dio Cassius lib. 37 hist. Rom.

Lin. 24. [ *Et alibi, si custodierint, &c.* ] Hic locus non est in sacra Scriptura: sub hac verborum formula, habetur tamen Hierem 17. his verbis: *Si sanctificaueritis diem Sabbathi, ne faciatis in eo omne opus, ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes sedentes super solium David, & ascendentes in curribus equis, ipsi & principes eorum viri Iuda, & habitatores Hierusalem, & habitabitur ciuitas haec in sempiternum.*

&c. Vbi exprimitur speciatim, quod dixit Barnabas generatim.

Pag. 54. lin. 2. [Constitutionis.] Id est, creationis mundi videlicet.

Lin. 4. (Sexto die.) Ita apud Septuaginta, Gen. 2. In textu Græco Barnabe, καὶ ἐξ ἡμέρας id est, in sex diebus, ut Exod. c 20. & 31.

Lin. 12. (In sex millia annorum.) Multotum fuit opinio tantum sex millium annorum curriculo sæculum hoc circumscribi, quo euoluto finem mundi aduenturum, iuxta numerum dierum, quo Deus hunc mundum fabricatus est. Hęc doctrina videtur esse sancti Pauli epist. ad Hebreos cap. 4. Ingrediemur enim in requiem qui credimus: quemadmodum dixit, quibus iurauit in ira mea, si introibunt in requiem meam, & quidem operibus ab institutione mundi perfectis. Dixit enim in quodam loco de die septima sic: & requievit Deus die septima ab omnibus operibus suis. Vnde infra dicit: Nam si eis Iesus requiem præstisset, numquam de alia loqueretur posthac die: Itaque relinquitur sabbati: sicut populo Dei. Hoc est, requies cœlestis regni quæ diei septimi succedit. Quia tamen hęc interpretatio videtur noua, nolim eam pertinacijs defendere: Ita sanctus Irenæus libro quinto aduersus hęreses cap. 28. Quot enim diebus hic factus est mundus, tot & millenis annis consummatur. Et propter hoc, aut Scriptura Geneseos, & consummata sunt cælum & terra, & omnis ornatus eorum, &c. Et cap. 29. Sexcentique anni Noë, & numerus cubitorum imaginis, propter quam iusti in caminum ignis missi sunt, numerum significat illius (bestie

videlicet, de qua in Apocalypsi) In quam recapitulabitur sex millium annorum, propter quæ & diluvium superveniet ignis. Origenes libro secundo contra Celsum: Nescit enim quisnam sit ille post sex dies à mundo condito securus dies sabbati, in quo cuncti, qui sex illis diebus opera sua perfecerunt, nihilque eorum prætermiserunt, quæ pertinerent ad suum officium, cum Deo feriabantur, ascenderentes ad spectacula, & iustorum beatorum celebritatem. Stratonicus Cumarum Episcopus in Collectaneis citat ex libro traditionum Eliæ Prophetę predictionem quamdam de mundi consummatione, quæ futura sit anno sexies millesimo ab eius creatione, ut refert Sixtus Senensis, libro secundo Bibliothecæ, vocabulo Elias. Laetantius libro septimo de diuino præmio cap 14. Ergo quoniam sex diebus cuncta Dei opera perfecta sunt, per secula sex, id est, annorum sex millia manere in hoc statu mundum necessare est. Dies enim magnus Dei mille annorum circulo terminatur, sicut indicat Propheta, qui dicit: ante oculos tuos Domine, mille anni tanquam dies unus. Sanctus Hieronimus Can 20. in Matthæum. In undecima autem hora corporei astantis tempus ostendit. Nam ex omni numero, qui statio presentis sæculi est constitutus, in eamdem rationem conuenit ortus eius, in quam undecimæ hora tempus ex die: Diuisione enim per quingentenum numerum facta in omni sex millium annorum summa tempus corporei ortus eius undecimo diuisionis iotius calculo supputatur. Vbi male in editione Erasmi legitur, duodecima, & duodecimo. Sanctus Hieronymus epist ad Cyprianum: Ego arbitror ex hoc loco, & ex epistola, quæ nomine Petri

postoli inscribitur, mille annos pro una die solitos appellari, ut scilicet, quia mundus in sex diebus fabricatus est, sex millibus annorum tantum credatur subsistere, & postea venire septenarium numerum & octonarium, in quo verus exercetur sabbatismus, & circumcisionis puritas redditur: Ita loquitur, quia circumcisio, quæ fit octaua die est illius octauisæculi figura, in quo profectior est purgatio, quam in circumcisione. Sanctus Athanasius explicat de die Dominica, de qua infra. Idem in cap. 65. Esa. Et nunc breuiter est dicendum eos venire in neomeniis & sabbatis, qui sex diebus, in quibus factus est mundus, transiens & præteritis festinant ad septimum diem, id est, sabbatum, in quo vera est requies. His accedit Hebræorum opinio, ex qua conuincuntur iam Messiam venisse, in Talmud tractatu Sanedrim ca. Hele, vbi dicunt sex millium annorum mundum fore, & postea destruendum: duo millia annorum inanitatis, id est, sine lege, duo millia legis, & duo millia dierum Messiae, vt refert Galatinus libro quarto de Arcanis cap 20. Hanc opinionem diuus Augustinus libro vigesimo de ciuitate Dei cap. 7. non improbat, cum explicat, quid sint mille anni in Apocalypsi: *Mille autem anni, inquit, duobus modis possunt, quantum mihi occurrit, intelligi, aut quia in ultimis annis mille ista res agitur, id est, sexto annorum millario tanquam sexto die, cuius nunc spatia posteriora voluntur, secuturo deinde sabbato, quod non habet vesperam, requie scilicet Sanctorum, quæ non habet finem: ut huius milliarij tanquam dici nouissimam partem, quæ remanebit usque ad terminum saeculi, mille annos appellauerit eo lo-*

quendimodo, quo pars significatur à toto. Hec ille: etsi in epistola ad Hesychium Salonitanæ urbis Episcopum hanc opinionem reiiciat. Sed videtur mutasse sententiam: nam libros de ciuitate Dei scripsit Augustinus post hanc epistolam: cum illius mentionem faciat, libro vigesimo de ciuitate Dei cap. 5. *Quod facere curau in quadam epistola, quam rescripsi ad beatæ memoriae virum Hesychium Salonitanæ urbis Episcopum, cuius epistola titulus est de fine saeculi, qui tam in psal. 89. contrarium tenet. His accedit, quod ipse Augustinus libro primo de Genesi aduersus Manichæos, & libro vigesimo secundo de ciuitate Dei cap. 30. mundi durationem sex ætatis definit, iamque sextam agi dicit, quæ iuxta eum nullis certis generationibus circumscribitur, quod etsi verum sit, quia tamen debet esse aliquatenus saltem proportio inter sextam ætatem, & ceteras, hæc de sexto millenario opinio non improbabilis videatur. Neque hæc opinio Euangelio aduersatur, in quo Deus noluit iudicii diem discipulis reuelare. Neque auctibus Apostolorum, in quibus dixit, non est velrum noſſe tempora, cum definiri non possit annus, seu dies finis saeculi: quia non penitus constat, quot sint anni ab exordio mundi usque ad Christum natum elapsi. 2. etsi querentibus discipulis iudicii diem Christus noluerit reuelare, quod tunc eis tanquam rudibus id scire non expediret, nihil tamen obstat, quin Spiritus sanctus adueniens eis reuelauerit saltem confuse: ut satis patet ex eorum scriptis, qui etsi illum nobis manifeste-*

non aperuerint, cito tamen futurum asseruerunt, quod tamen dicere sine sancti Spiritus impulsu non potuerunt. Vnde illa, *in quos fines seculorum degenerunt: at ubi venit plenitudo temporis.* Ex quibus auctor quæstionum ad Orthodoxos, quæ tribuuntur sancto Iustino Martyri præsentis mundi statum esse sex millium annorum asseruit. His annis quidam plures addiderunt, quos refert sanctus Germanus Constantinopolitanus libro de theoria rerum: *καὶ πωλυτὸς Ρώμης, καὶ ὁ ἀγιος Κύριλλος λέγετον τοῦτο τῷ Αὐγεῖσου, λόγοις αὐτοῦ οὐ τῷ εἰδαγόλογῳ περιτοπορῷ ἐπει τοῦ μηνονοθυτοῦ στοιχείων. καὶ ὁ Χρυσόστομος id est, hoc & Hippolytus à Roma & sanctus Cyrillus dicunt in suis de Antichristo sermonibus in anno sexies millesimo quingentesimo futurum (Christi) aduentum, sed de hac re silet Hippolytus in libro de Antichristo. Quidam alii, de quibus S. Augustinus in expositione psalmi sexti arbitrati sunt septimo annorum millario iudicii diem affore, quod successura esset octaua, quæ sit æternæ felicitatis initium.*

Lin. 15. [Ecce hodiernus dies, &c.] ps 89. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quæ præteriit. Et Petri 2. cap. 3. *Vnum hoc vos non prætereat diligenter in i, quia una dies apud Deum, quasi mille anni, & mille anni quasi unus dies.* Ita sanctissimi Patres supra citati.

Lin. 25. [Et amputabit tempus iniquitatis.] In textu Græco, lege, *ἀποκλισθεται.* id est, iniquitatis, loco, *ἀπει.*

Pag.

Pag. 55. lin. 3. [Mutabit solem, lunam, & stellas.] In melius videlicet, iuxta illud Esa. c. 30. *Eterit lux luna, sicut lux solis, & lumen solis erit septuplum.* Non interitum significat pristinorum, sed commutationem in melius, inquit sanctus Hieronymus in cap. 65. Esa. ipse enim existimat in die iudicii cælos non interituros ab igne, sed in melius esse mutandos, & ita explicat locos ps. 101. 1. Cor. 7. & 2. Petri 3. Quemadmodum & totius mundi renouationem & purgationem, ita explicat sanctus Augustinus, libro vigesimo de ciuitate Dei cap. 6. *Tunc figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione præteribit: sicut factum est mundanarum aquarum inundatione diluuij: Illa utique, ut dixi conflagratione mundana elementorum corruptibilium qualitates, quæ corporibus nostris corruptibilibus congruebant, ardendo penitus interibunt: atque ipsa substantia eas qualitates habebit, quæ corporibus nostris immortalibus mirabili mutatione conueniant, ut scilicet mundus in melius innouatus aperte accommodetur hominibus, etiam in carne in melius innouatis.*

Lin. 17. [Refrigerans.] Id est, requiescens.

Lin. 18. [Sanctificauit illum.] In textu Græco sequitur, *ὅτι διωνούμεθα*: sed expungendum: & in Latina interpretatione restituenda quæ omissa sunt, ut in textu Græco habentur, *Ipsi instam recipientes promissionem,* id est, quæ promissa sunt, *sublata iniquitate renouatis vero omnibus à Domino.*

Pag. 56. lin. 3. [Hac sabbata.] Iudaica, non accepta; *οὐ non,* redundant: In textu Græco habetur, *ἐμοὶ*

Cc

vbi hæc, & sequentia efferuntur in prima persona, tanquam si essent ex Prophetæ textu.

Lin. 6. [Initium octauæ diei facturus.] Ex his patet nouissimum diem huiuscæ sæculi esse septimum: cui successurus octauus dies æternæ felicitatis initium. Hoc enim perpetuæ beatitudinis çuum, vnicum & æternum complectens diem sine vlla caliginis, & lucis vicissitudine à sanctis Patribus Octaua appellatur, qui septimo diei hebdomadæ succedit. Cum enim Deus, ait sanctus Gregorius Nyssenus expositione in psal. 6: mundum & omnia quæ in eo sunt, sex diebus creasset, & septimo requieuerisset: siccque per reuolutionem septimanarum omnia decurrant usque ad iudicii diem, finita ultima septimana orietur, octauus dies in æuum manfurus sine vlla dierum reuolutione, sine vlla noctis & lucis vicissitudine, ἐπει τὸ εἰδηματικὸν παντούντον γέγονον οὐσιοτερον οὐδὲ περι τὴν εἰδηματικὸν. οὐδὲν μὴ λεγομένη, ὅπι μετὰ τὴν εἰδηματικὴν Τίς, σκέψη δὲ τὸ σχέθιμον οὐδεὶς ξερνός δεχομένη, &c. id est; propterea quod septenario tempore finito, post septimum instabit dies octauus: qui octauus quidem dicitur, quia post septimum existit numeri vero vicissitudinem in se: non amplius admittit: Vnus enim in perpetuum nulla vñquana caligine diremptus permanet: alias enim eum efficit sol, qui veram suo fulgore lucem edit: qui postquam nobis semel illuxerit, vt inquit Apollonus, deinceps occasu non occultatur: Huius rei notiam aliquam habuisse videtur Plato rerum He-

braicarum haud plane ignarus, qui ait sanctos viros post hanc vitam, postquam septem dies in prato amoenissimo constiterint, octauo inde migraturos ad cælum, videlicet per septem planetarum orbis. οὐδὲ μετὰ τοὺς πλανητῶν περιάλιον τὸν οὐρανὸν ἀγενήσι, ποτέστιν τὸν δόλιον κύματα τονιζεῖν, id est, quod autem post errantes illos orbēs iter suscipitur, rectâ perducit ad cælum: is enim octauus est motus & dies, apud Clementem Alexandrinum, lib. 5. Strom.

Lin. 9. [Propter quod agimus diem octauum.] Reddit rationem quare celebritas diei octauai, id est, diei Dominici successerit Sabbati solennitati, quia videlicet representatio est diei illius octauai, qui harum rerum corruptioni succedens, est felicitatis initium, tum etiam ob memoriam venerandæ resurrectionis Christi. Ita sanctus Hilarius præfatione in explanationem psalmorum agens de sabbato sabbatorum, quod quinquagenario numero circumscribitur, cuius perfectio est Ogdoas, id est, octauus numerus, quo significatur perfecta remissio peccatorum, eique succedens regnum Hierusalem cælestis, tandem ait: Namque cum in septimo die, sabbati sit, & nomen, & obseruantia constituta: tamen nos in octaua die, quæ & ipsa prima est, perfecti sabbati festiuitate lætamur. His quadrat illud Theodoti in 1. epitome: οὐδὲν δὲ τὸ πνευματικὸν αἴσθησις οὐ κωματικὴ οὐ δοκιματικὴ, οὐ κυριακὴ οὐ οὐδὲν οὐδὲν id est, requies igitur spiritualium in Dominica, in octaua, quæ Dominica appellatur. Sanctus Ignatius e-

pist. ad Magnesianos: μετὰ τὸ οὐαλλαῖον εἰργάζεται πᾶς φιλόγερος τῶν κυελάνων, τῶν αἰαστῶν, τῶν βασιλίδων, τῶν ἐπαντον πασῶν ἡμέρων, τῶν πελεκίων ὁ περιφύτης ἔλεγχος Εἰς τὸ τέλος τοῦ τῆς ὥρας· σὺ δὲ ζωὴν ἀνθρώπῳ λέγετε, καὶ τῷ θανάτῳ γέγονεν νίκη τῷ Χριστῷ· id est, post Sabbatum omnis Christi amator Dominicum celebret diem, resurrectioni Domini consecratum, & principem omnium dierum, quem expectans Propheta dicebat, *in finem pro octaua*: In quo vita nostra orta est, & mortis victoria in Christo facta est: ubi octauam non pro initio felicitatis æternæ, sed pro die resurrectionis Christi surpat, nec discrepat sanctus Athanasius serm. de Sabbatho & circumcisione. τέλος οὐρανῶν τῆς περιπέτειας κατιστατεῖ τὸ Σαββατον, οὐχὶ δὲ διτέρας η κυελάνων, σὺ δὲ τὸ παλαιὸν αἰεισώσατο, καὶ αἰεκάπιον; &c. id est, finis igitur prioris creationis sabbatum: secundæ autem creaturæ initium Dominicus dies, in quo veterem renouauit & instaurauit. Sicut igitur prioribus temporibus sabbati diem seruari voluit in monumentum finis priorum ita Dominicum diem veneramus, ut monumentum exordii secundæ reparacionis: Et præclare auctor questionum veteris testamenti quest. 29. rationem reddens quare octauo die mandatum est circumcisioni: quia iuxta numerum & curricula dierum post septem ipse rursum primus innenitur, quasi post sabbatum, ut iam non octauus habeatur, sed primus. Quia enim salus futura per Christum in primo die erat prædestinata, qui Dominicus ideo dicitur: quia in eo resurrexit Dominus, qui est post sabbatum. Ita

sanc̄tus Athanasius sermone citato: Αγαθή, τὴν τὴν ὥραν τοῦ μέρα πειτεμενού ἐκελευσόν νόμος, καὶ αὐτὸς Σαββατος οὐ καταλή, σημανοῦσα τὸ μὲν τὸ εἰδότιν, αἰαγάλων πόλιν των· id est, idcirco octauo die circumcidiri imperatum fuit à lege, neque id vñquam violabitur mandatum: significans post septimum diem omnium regenerationem. Duas reddit rationes: sanctus Iustinus Martyr sub finem secundæ Apologiae pro Christianis, τὸ τέλον τῶν ημέρων καὶ τὴν πρότις τῶν οὐαλλαῖον ποιῶν μάρτυρα, οὐτοῦ περιττοῦ οὐτοῦ ημέρα, εἰ δὲ ὁ Θεὸς τὸ οὐρανός, καὶ τὸν οὐλαντικὸν περιφύτην καὶ οὐρανὸν εἴπει· καὶ ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ημέρας στήπη τὴν Τιμὴν τοῦ μέρα εἰς νεκροὺς αἰεστή· id est, solis autem die communiter omnes conuentum agimus, quandoquidem is primus dies est, quo Deus tenebris, & materia versa mundum effecit: & Iesu Christus Saluator noster eo ipso die à mortuis resurrexit. Solis dies est Dominicus.

Lini. II. [In legationem.] Lege in lætitia, vt in tex-  
tu Græco: In lætitia agunt diem octauum, seu Do-  
minicum Christiani, quia illo die ex antiquo Apo-  
stolorum, & Ecclesiæ instituto non ieunabant,  
nec genua flectebant. Sanctus Ignatius epist. Εἰ τὸ  
κυελάνων τὸ Σαββατον μητέται, ηλικία εἰσ Σαββατον  
τοῦ Χριστονότος οὐτοῦ· id est, si quis ieunat in Domi-  
nica, vel Sabbato, excepto uno (nempe magno  
Sabbato ante Pascha) Christicida est: Auctor que-  
stionum ad orthodoxos inter opera S. Iustini Mar-  
tyris qu. 115: τὸ δὲ τὸ κυελάνων μητέται γονον οὐμε-  
γετερ οὐτοῦ τῆς αἵασπιν, &c. id est, in Dominica non

fletere genu signum resurrectionis est: & paulo post: ἐν τῷ Αποστολῷ δὲ χρόνῳ ἡ παρούση συνάντησις τῶν ἔργων καθὼς φασὶ οἱ μαρτύρες. Εἰπλέωσος μήτηρ, & Επίσκοπος Δούλων τὸν τοῦ Πάτρα λέγω id est, hæc autem consuetudo initium accepit à temporibus Apostolorum, vt dicit beatus Ireneus martyr & Episcopus Lugduni in libro de Pascha. S. Hilarius in prologo psalmorum explicationis. Et hæc quidem sabbata sabbatorum ea ab Apostolis religione celebrata sunt, ut his quinquagesimæ diebus, nullus neque in terram strato corpore adoraret, neque ieiunio festinatatem spiritualis huius beatitudinis impeditret: quod id ipsum extrinsecus etiam in diebus Dominicis est institutum, qui ultra sabbati numerum per plenitudinem Euangelicæ prædicationis accedunt: Namque cum in septimo die, sabbati sit nomen & obseruantia constituta, tamen nos in octava die, qua & ipsa prima est, perfecti sabbati festinitate laetamur. Vbi τὸ extrinsecus, id est, extra Dominicas quinquagesimæ. Hac de re, vide obseruationes nostras ad Concordiam regularum S. Benedicti Abbatis Anianensis cap. 50. §. 3. & 7. Quod autem hic dicit S. Ignatius de ieiunio Sabbati, hoc maxime spectat ad Orientales, de quo consule etiam obseruationes nostras ad eamdem Concordiam cap. eod. §. 6.

Lin. 14. [Et apparuit, & ascendit.] Hic videtur dicere Christum ascendisse, in cælum die Dominicæ, imo eodem die quo resurrexit, quod falsum est: Itaque puto hunc locum esse corruptum. In textu Græco legitur, ἐπερπατήσας εἰς τὸν οὐρα-

νοῦ: id est, & cum apparuisset, ascendit ad cælum: quæ ita sunt interpretanda: cum apparuisset per quadraginta dies videlicet, postea ascendit ad cælos: quasi hæc dicta sint obiter extra suum locum: vt non necesse sit referri ad diem octauum.

Lin. 17. [Adhuc & de templo dicemus.] Sequitur caput, in quo agit de templo Iudæorum, & de illius ruina, & de templi spiritualis ædificatione.

Lin. 19. [In ædem.] In textu Græco, ὅπου τὸν οὐρανόν, id est, in viam male. Lege, ὅπου τὸν οὐρανόν, id est, in ædem:

Lin. 21. [Tamquam in Dominum.] Lege, tamquam non in Deum, ex textu Græco,

Pag. 57. lin. 2. [Quis mensus est, &c.] Esa. 40: Iuxta Septuaginta. Sed locum mutilum ita restitue: *Quis mensus est manus aquila, & cælum palmo, & totam terram pugno, & delebit, apprehendit: Græca etiam corrupta sic castiganda sunt: ut & scilicet τὸ Χριστὸν θρησκευτικὸν, & παροῦ τὸν γένος διασπορὰ;*

Lin. 5. [Nonne mihi dicit Dominus, &c.] Lege: Nonne, dicit Dominus, cælum mihi: & in textu Græco lege: οὐδὲ αἴτιος κωνσταντίας. Esa. 66.

Lin. 15. [Qui dep̄suerant templum hoc, &c.] Hic Iudas habetur, Esa 49: ἀπὸ μηχανῆς ἀδοκιμῆς, ὑφ ἀνησυχίας, ὃν οἱ ἐρυθροπότες ἔχουσι, οὐ τὸ βέλονον, &c. Et cito adificata es, à quibus destructa fuisti, & qui desolauerunt te, ex te egredientur. Deinde in circuitu oculos tuos, & vide omnes. Ecce congregati sunt, & venerant tibi. Sed Barnabas posuit speciem pro genere, seu partem pro toto, id est, templum pro gente Israelitica.

clarioris explicationis gratia : Hocque procedit iuxta quartam regulam Tichonii apud sanctum Augustinum . libro tertio de doctrina Christiana cap . 34 . & sensus est : qui destruxerunt te corporaliter ò Israel , ædificabunt te spiritualiter : qui destruxerunt templum tuum materiale , ædificabunt spirituale : ex te exhibunt : quia gentiles ab Apostolis Iudeis veri Dei cultum docebuntur .

Lin . 17 . [ *Ædificabunt* , ] Spiritualiter , vt mox videbitur .

Lin . 19 . [ *Depositum est ab inimicis* . ] Intelligit destructionem templi Hierosolymitani à Tito factam : Post hæc verba , *depositum est ab inimicis* , sequitur in Græco .

(*Nunc et ipsi inimicorum ministri ædificabunt illud* .) Quæ verba desiderantur in Latino Hæc autem intelligenda sunt spiritualiter de templo spiritali , quod ethnici ad fidem conuersi in se edificant , vt ex sequentibus patet Quare in textu Græco male *Suo* iungitur nomini *éθpav* , ministri inimicorum sunt affectæ imperatorum Neronis , Vespasiani , & Titi , qui fuerunt inimici seu potius hostes Iudeorum . Multi enim horum Imperatorum domestici fidem Christi receperunt . Vnde ad Philip . 4 . *Salutem omnem Sanctum , maxime autem qui de Cæsaris domo sunt* .

Lin . 21 . [ *Sicut* . ] Id est , quemadmodum .

Lin . ead . *Incipiebat* . ] Id est , debebat , vt in textu Græco , *μάρτυρ* : vt supra notatum est .

Lin . 24 . ( *Propalauit* . ) *Lege , propalatum est* .

Lin .

Lin . ead . [ *Dicit enim Scriptura in nouissimis diebus , &c.* ] Hæc prout hic habentur , non sunt in tota Scriptura : sed quia sparsim multis in Scripturæ locis comminatur Deus ciuitatis , & templi destructionem , S. Barnabas hæc iuxta Scripturæ sensum proposuit .

Pag . 58 . lin 3 . [ *Cubile* . ] *Lege , Oule* , vt in textu Græco , *μαρτυριον* .

Lin . ead . ( *Et turrem eorum* . ) Alludit ad turrim illam , de qua in parabola vineæ , Esa 5 .

Lin 8 [ *Queramus ergo* . ] Iam destructo templo Hierosolymitano , querit an alterum templum successurum sit .

Lin 13 . [ *Septimo die consummato* . ] In textu Græco legitur , *της ἑβδομάδος οὐρανούλων* id est , septima consummata clarius & rectius . Et hæc est hebdomada vltima hebdomadarum septuaginta apud Danielem cap . 9 . quæ quadringentis annis & nonaginta constant : quibus euolutis delecta est Hierusalem sublatis hostia & sacrificio . De qua vltima hebdomada ita apud Prophetam : *Confirmabit autem pactum multis hebdomada una , & in dimidio hebdomadis deficiet sacrificium & hostia* : Quod his verbis interpretatus est sanctus Barnabas : *Cum ait , & septimana consummata ædificabitur templum Deo præclare* : id est , templum spiritale , cum Deus confirmaverit pactum suum multis , cum videlicet sublatis veteris legis sacrificiis , & ceremoniis adorabunt Patrem in Spiritu & veritate . Harum autem septuaginta hebdomadarum complémentum contigit

Dd

iuxta Tertullianum cum destructa est Hierosolyma, primo anno imperii Vespasiāni, qui supputat initium huiusmodi hebdomadarū ab anno primo Darii Persarum Regis, quemadmodum & auctor quæstionum ex veteri testamento, qu. 44. ex Tertulliano Iulius Africanus, ut refert Eusebius, libro octauo de demonstratione Euangelica cap. 2. ait eas terminari ad Christi passionem deducens eas à vigesimo anno regni Artaxerxis Longimani, quo Nehemias pincerna regius præceptum à Rege accepit, ut ædificaretur Hierusalem, iuxta annos Hebræorum, qui computantur ad Lunæ cursum singulis annis assignando trecentos, & quinquaginta quatuor dies. Cum autem addit Barnabas. *Ædificatur templum Deo præclare in nomine Domini*, respicere videtur ad illud Aggæi Prophetæ cap. 2. profens potius sensum, quam verba: *Magna erit gloria domus istius nouissima plus quam prima.* Itaut duos locos Danielis, & Aggæi simul coniunxerit, cum dixit: *Et septimana consummata adficabitur templum Deo &c.*

Lin. 21. [ *Antequam crederemus Deo* ] Hæc usque ad illa verba, *in nobis prophetans*, proferuntur à Clemente Alexandrino libro secundo Strom.

Lin. 23. [ *Habitatio*. ] In textu Græco Barnabæ, κατικενθεον, apud Clementem, οἰκητεον: In textu Græco Barnabæ, & apud Clementem additur, τῆς καρδιᾶς, id est, cordis.

Lin. 24. [ *Vici*. ] Ita apud Barnabam, &c., quod deest apud Clem. apud quem sequitur αληθῶς, id est, vere, quod deest in expositione Latina.

Lin. 27. [ *Pleni eramus adorationibus idolorum*. ] In textu Græco Barnabæ, ὅτι νῦν πλήρης οὐδὲ εἰδωλογεῖας οἶκος id est, quia plena erat domus idolatriæ, apud Clementem deest, οἶκος, recte, & expone: quia erat plenum, (templum videlicet) idolatria.

Pag. 59. lin. 2. (Et erat domus dæmoniorum.) Ita apud Clementem. Apud Barnabam, non ita recte additur, εἰδωλογεῖα. Exponens autem Clemens hæc Barnabæ verba ait: Τοις σπερχείσας δύο τοῖς δαμανοῖς καταληλούσι θητεῖαν φυσι τοῖς αἱρέτωσις, οὐχὶ διὰ αὐτὰ τὰ πνύματα τοῦ τοῦ ἀπίσου κατηκεῖν ψυχὴ λέγεται id est, operationes igitur dæmoniis conuenientes facere dicit peccatores, non autem ipsos Spiritus, hoc est, dæmones in anima infidelis hominis habitare.

Lin. 7. [ *Præclare templum Deo attendite*. ] Hæc sunt mutila, & transposita, lege, ut in textu Græco, attendite, ut præclare templum Deo adficeretur.

Lin. 10. ( *Vt accipiatis*. ) Lege, ut cum acceperimus.

Lin. 12. ( *Cum crediderimus*. ) Præpone particulam, & ut in textu Græco, & apud Clementem.

Lin. 15. [ *Quales ab initio creati*. ] Hic quædam defunt, ut in textu Græco, sic supplenda ex Clem. οἱ γὰρ οἱ δαιμones οὐδὲν αἱρεσιονται, διλατάσις αἱρέτης διότι οὐδὲν οὐδείνοις εἴπεται δοῦλος, οὐδὲν δὲ πιστός. id est, non enim ex nobis dæmones eiiciuntur, sed peccata dimittuntur, quæ similiter atque illi faciebamus, antequam crederemus. Explicat ergo, quomodo peccator sit dæmonis habitaculum; ni-

mirum non quod vere dēmon inhabitet in peccatore: sed quia peccator dēmoni opera conuenientia facit: ac proinde non proprie eiūi dāemonem ex anima, sed peccata dimitti, quæ conformiter dēmonibus homo faciebat, antequam crederet.

Lin. 24. (*In nobis prophetans.*) Nempe Deus, cuius impulsu prophetamus.

Pag. 60. lin. 1. (*Aperiens ostium templi nostri.*) Lege ergo in Græco: *ἀνοίγει τὸ οὐρανὸν ἐπὶ στόματι*. Nam vt ex antecedentibus notum est, tota hæc disputatio est de habitaculo, seu templo hominis fidelis, in quo Deus habitat.

Lin. 2. (*Quod est os sapientia.*) Lege, vt in textu Græco, *quod est os pœnitentiam dans nobis*. Nam ostium templi nostri est os, quod aperitur per confessio-nem, data nobis diuinitus pœnitentia, seu compunctione, per quam templum animæ fidelis fit incorruptum, hoc est, ab omni peccati labe expurgatur.

Lin. 3. (*Fecit de nobis dominum incorruptum.*) recte iuxta expositionem nostram: quia tota hæc disputatio est de Dei habitatione in anima iusti. In textu Græco, *εἰσήγαγεν τὸν ἀφέαπτον ράντην*: id est, introduxit in templum incorruptum, non ita recte.

Lin. 7. (*Venit.*) Lege, videt, id est, respicit, vt in textu Græco: *βλέπει*: sensus est, qui salutis suæ, & ad Deum conuersio-studiosus est, cum audit diuiniverbi præconem, non tam attendit homini, quam Deo in illo loquenti: cum ipse præco templum Dei sit, in quo Deus habitat, & loquitur.

Hæc est mera Christi doctrina. Luc. 10. Qui vōs audi-t, me audit, &c. Matth. 20. Non es̄is vōs qui loqui-mi, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Et præclare S. Hilarius in psal. 77. Segregatæ itaque plu-riæ ad Euangeliū irrigandum Dominus dabit verbum, id ipsum in sensum nostrum, & in ora diffundens, secun-dum illud, non enim vōs es̄is qui loquimini, &c.

Lin. 8. (*Qui habitat.*) In textu Græco additur, & qui loquitur, recte.

Lin. 14. (*Hic est spiritualiter ædificatus.*) Lege, vt in textu Græco: *Hoc est spirituale adificatum Domino templum.*

Lin. 19. (*Quicquam.*) In textu Græco hæc se-quuntur: *Sperat anima mea me-nihil desiderio meo reli-ctum aliquid eorum quæ spectant ad vestrum salutem.* Et Græca sic legenda arbitror: *ἰάπιζε δὲ τὸ ψυχὴν μα-ρτυρίᾳ τὸ πατέρα με τῆς θεοφύσιας μου*, &c.

Lin. 20. (*Si enim de instantibus ac futuris.*) Ex his patet Græca sic legenda esse, *ἴδε γὰρ τὸ πατέρα τὸν οἰκεῖον,* & *μάρτυρα.*

Pag. 61. lin. 1. (*Habes autem de maiestate Christi, &c.*) Hæc non sunt in textu Græco. Hucusque versio La-tina cōdicis Corbeiensis.

Lin. 6. (In Græco textu deinceps.) *Μεταβαθυ-θεῖτε γε γνῶσιν.* Secunda pars est epistolæ, quæ parenetica seu adhortatoria est.

Lin. 8. (*O dñs dñs Elōi.*) Has duas vias tangit su-pra: *Ergo considerate opera mala viae.* Et iterum: *quia iuste peribit homo habens veritatis scientiam, & se à via tenebrosa non continet.* De his agit Origenes profe-

rens hunc Barnabæ locum lib. 3. τοῦ δέχανου cap. 2.  
Sed & de pastoribus libro hac eadem declarat, dicens :  
quod bini Angelii singulos quosque hominum comitentur:  
& si quando bona cogitationes ascenderint, à bono An-  
gelo suggeri dicit, si vero contrariae, mali Angelii dicit esse  
infinitum. Eadem quoque Barnabas in epistola sua decla-  
rat, cum duas vias esse dicit, ὑνάμ lucis, alteram tene-  
brarum, quibus & praesse certos quosque Angelos, via  
quidem lucis, Angelos Dei, tenebrarum autem via, An-  
gelos Satanae. Quæ quidem viæ fundamentum ha-  
bent in Euangeliō, vbi Christus dicit : Matth. 7.  
*Quia lata porta & spatioſa via est, quæ ducit ad perdi-  
tionem, & multi sunt, qui intrant per eam: quam angusta  
porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt,  
qui inueniunt eam.* Has vias eleganter describit Pru-  
dentius in Hamartigenia.

Sæpe egomet memini fratres geminos ad hiulcum  
Peruenisse simul binium nutante iuuenta,  
Et dubitasse diu bifido sub tramite, quodnam  
Effet iter melius: cum dextrum spinea sylua  
Sentibus arcaret, scopulosaque semita longe  
Duceret aërium cliuoso margine collem;  
At leuum, nemus umbriferum per amena vireta  
Ditibus ornaret pomis. & lene iacentem  
Planicies daret ampla viam: squalentibus unum  
Contentum spinis reptasse per ardua saxa:  
Porro alium campo sese induluisse sinistro:  
Illum sideribus caput immiscere propinquis,  
Hunc in cœnosas subito cecidisse paludes.  
Simile quid in litteris Gentilium reperitur de bi-

tio Herculis, de quo sanctus Iustinus Martyr apo-  
logia prima pro Christianis Adi obseruationes no-  
stras ad Concordiam regularum cap. 2. §. 2. Prius  
autem sanctus Barnabas de his duabus viis gene-  
ratim loquitur: mox eas fusius explicaturus.

Lin. 15. ( Αἴσθετο τῇ Σατανᾷ.) Ita Paulus 1. Cor. 12.  
Apoc. 12. *Draco pugnabat, & Angelii eius.*

Lin. 16. ( Οὐαὶ ἀπὸ κυρίου.) Deus videlicet. Hic  
recte distinguitur imperium Dei à satanę potesta-  
te: diciturque Deus Dominus à sæculis in sæcula,  
tamquam verus huiusc mundi opifex, cuius re-  
gnum, regnum omnium sæculorum, & dominatio eius in  
generatione & generationem. At satan dicitur princeps  
temporis, iniquitatis, nempe huius sæculi in quo  
regnat iniquitas, illius verus artifex, hoc est, sug-  
gestor & impulsor: cuius regnum sublata iniquita-  
te in fine sæculi delebitur. Ex quo Barnabæ loco  
